Die Frucht bestehet aus sechs, oder acht im Mittelpunkte zusammengewachsenen einfächerigen Saamenkapseln, welche sich nach aussen sternförmig ausbreiten. Diese Saamenkapseln sind länglig, am Ende spitzig, von aussen rothfärbig, uneben, von innen aber glatt, glänzend und braungelb. Am obern Rande sind sie alle offen, am untern aber aufgetrieben, convex und rauh. Jede Kapsel enthält einen eysförmigen zusammengedrückten Saamen von der Größe einer kleinen Linse, der mit einer zerbrechlichen, glatten, glänzenden, rothbraunen Schale umgeben ist, unter welcher ein weißer, fetter und weicher Kern verborgen liegt. Der Geruch und Geschmack ist, als wenn gemeiner Anis und Fenchel untereinander gemischt wären; jedoch gewürzhafter, süßter und angenehmer. Jene Früchte, welche ganz und rein sind, und nicht schon zu Staub zerfallen, wählet man zu dem pharmaceutischen Gebrauch aus.

Occupat vires stimulantés, aromaticas, resolventes & calefacientes.

Tinctura porrigatur ad guttas decem, viginti; capsulæ vero & semina ad emendandum saporem & odorem potibus theatis in tussi frigida &c. admisceantur ad drachmam. Notandum est in capsulis plus aromatici inesse, quam in seminibus. Apud Sinenses frequentissimus usus ad quaecumque infusum theiforme. A nobis quam sæpissime ad depellendum fœtorem oris in masticatio-adhibentur.

Er besizet aromatische, reizende, auflösende und erwärmende Heilkräfte.

Die Tinctur giebt man zu zehn oder zwanzig Tropfen; die Saamen aber und ihre Kapseln werden zum Thee, um den Geruch und Geschmack angenehmer zu machen, in schleimigen Chariharrhalbeschwerden u. s. w. angewendet. Es ist jedoch zu bemerken, daß die Saamenkapseln ungleich mehr gewürzhafte Theile, als die Saamen, besitzen. Bey den Chinesern wird der Sternanis häufig zu allen Gattungen Theege-tränken genommen. Von uns wird er auch sehr oft, um den übelriechenden Athem zu verbessern, gekaut.

Tab. XX.

ANISUM VULGARE. *Officin.*

Pimpinella Anisum. *Botanic.*

Gallis, Anis. Anglis, Anise.

Classis V. Pentandria. Ordo II. Digenia.

Genus. Fructus ovato-oblongus. Petala inflexa. Stigmata subglobosa.

Species. Pimpinella foliis radicalibus trifidis, incis. Involucella depauperata.

Sponte crescit in Syriæ & Aegypti regionibus; in multis vero locis Europæ etiam Germaniæ, ut in Saxonia, Francia, Thuringia, copiosissime colitur.

Pharmacis servant semina, & parant ex illis aquam oleumque destillatum.

Semina figuram oblongam, parvam, striatam, basi ventricosa & colore ex viridi fusco præditam occupant. Semper semina duo basi plana inter se connexa.

Zwanzigste Tafel.

Der gemeine Anis.

Franz. Anis. Engl. Anise.

5. Klasse. Fünfmännige. 2. Ordnung. Zweyweibige.


Gattung. Die Frucht eyrund, länglicht. Die Blumenblätter eingebogen. Die Narben fast kugelförmig.

Art. Pimpinell mit dreyspaltigen, eingeschnittenen Wurzelblättern. Die kleinen Hüllen sind sehr schütter.

Wild wächst er in Syrien und Egypten; doch wird er sehr häufig in vielen Gegenden Europens, auch Deutschlands, als in Frankreich, Sachsen und Thüringen, gebauet.

In den Apotheken wird der Saame aufbewahret, und daraus ein Wasser, und destillirtes Oehl abgezogen.

Die Saamen sind länglicht, klein, gestreift, an ihrer Grundfläche erhaben, von grünlichbrauner Farbe. Sie sind immer je zwey und zwey mit einer ebenen Fläche



ANISUM VULGARE. Off.
Pimpinella Anisum. Bot.
Der gemeine Anis.

Sapor ducis aromaticus, odor proprius fragrans, non ingratus. Eligatur semen plenum, viride, non acerofum. Oleum ex anisi destillatione paratum coloris albicantis, vel subflavescentis, saporis blandi ac dulcis, odoris validi penetrantis, in temperatura quinquaginta graduum scalæ Fahrenheit. congelascit, & consistentiam butyraceam induit.

Vires læviter stimulantés, roborantes, carminativas & resolventes possidet.

In pulvere semen pro dosi a scrupulo uno ad drachmam, in infuso aquoso libræ unius ab uncia dimidia ad integram porrigatur. Aqua anisi ad uncias in conficiendis mixturis applicatur, & oleum vix usum internum habet. Infantes a scrupulo uno grosso modo pulverisato & cochleari pultis vel potus admixto purgantur. Est egregium pectorale, quod sputa tenacia ad expectorationem perducit, & etiam mulieribus lactantibus ad augendum lac bene conducit. In re culinaria ad condiendos cibos, & vim digestionis augendam fere quotidie anisi semen usu venit.

Oleum externe ad inungendas echimoses & sugillationes adhibetur.

untereinander verbunden. Der Geschmack ist aromatisch, süß, der Geruch aber eigenthümlich, durchdringend nicht unangenehm. Man wählet den vollen, grünen, von Spreuen gereinigten Saamen zum Arzneugebrauch aus. Das durch die Destillation des Anisi gewonnene Oehl hat einen angenehmen süßen Geschmack, einen starken durchdringenden Geruch und eine weiße oder etwas gelblichte Farbe; bey einer Temperatur von fünfzig Graden nach Fahrenheit gerinnet es, und bekommt die Konsistenz der Butter.

Seine Arzneykräfte sind gelinde reizend, stärkend, auflösend und blähungstreibend.

In Pulver giebt man den Saamen auf einmahl von einem Skrupel, bis zu einer Drachme. Zu einem Aufgusse mit einem Pfunde Wassers nimmt man eine halbe oder auch ganze Unze. Das Aniswasser gebrauchet man ungenzweis bey Mixturen verschreibungen; das Oehl aber wird innerlich kaum mehr verordnet. Ein Skrupel Anissaamen zu einem gröblichen Pulver zerrieben, und einem Löffelvoll Mehlsbreyes oder Getränks beygemischt, giebt ein Purgiermittel für Kinder. Uiberhaupt ist der Anisi ein vortrefliches Brustmittel um den zähen Schleim zum Auswerfen zu bringen, und das Infusum leistet säugenden Frauen zur Vermehrung der Milch ausnehmende Dienste. In der Küche wird er fast täglich als Würze der Speisen, und um die Verdauungskräfte zu erhöhen, verbraucht.

Außerlich dienet das Oehl um Blutflüssen und Blutunterlaufungen einzusalben.

Tab. XXI.

ANTHOS. *Officin.*Rosmarinus officinalis. *Botanic.*

Gallis, Rosmarin. Anglis, Rosemary.

Classis II. Diandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Corolla inæqualis, labio superiore bipartito, erecto; labio inferiore reflexo, trifido. Filamenta longa, curva, simplicia cum dente.

Species. Rosmarinus officinalis.

Habitat in regionibus orientalibus, etiam in Hispania, Italia, Helvetia, montibus Gallix & Litoralis. Floret hic frutex ab Aprili ad Junium. Apud nos in hortis & hibernaculis frequentissime colitur.

Flores & folia in officinis asservantur, & inde conserva, olleum destillatum ac spiritus paratur.

Flores inter foliorum axillas, coloris cærulei albescentis. Folia linearia, angusta, sessilia, marginibus inflexis & sinibus obtusis prædita, supra in medio sulcata & saturate viridia, infra in medio nervosa, incana & tomentosa. Odor utriusque fragrans, non ingratis aromaticus; sapor acris, amarus, camphoraceus. Oleum colore album, hunc sorem camphoraceum asservat, nec non odorem gratum sed debiliorem, quo ab oleo lavandulæ odoris minus grati facile distinguitur.

Ein und zwanzigste Tafel.

Der Rosmarin.

Die Weibrauchwurzel. Franz. Rosmarin. Engl. Rosemary.

2. Klasse. Zweymännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Die Blumenkrone ungleich, mit einer zweymahl getheilten obern, und einer zurückgebogenen drehmahl getheilten untern Lippe. Die Staubfäden sind lang, krumm, einfach und mit einem Zahn versehen.


Art. Der gemeine Rosmarin.

Er ist in den morgenländischen Gegenden, auch in Spanien, Italien, der Schweiz, den Gebirgen Frankreichs und des Litorale zu Hause. Dieser Strauch blühet vom April bis zum Junius. Bey uns wird er häufig in Gärten und Treibhäusern gezogen. In den Apotheken werden die Blüthen und Blätter, und das daraus bereitete destillirte Oehl, die Conserve und der Spiritus aufbewahrt.

Die Blüthen, welche zwischen den Achseln der Blätter sitzen, sind von weißlichblauer Farbe. Die Blätter sind linienförmig, schmal, an den Zweigen aufstehend, an den Rändern eingebogen, und an ihren Enden stumpf. An der Oberfläche haben sie in der Mitte Furchen und eine dunkelgrüne Farbe, an der Unterfläche aber haben sie in der Mitten Rippen, eine grauliche Farbe, und sind sitzig. Der Geruch ist sowohl bey den Blättern als auch bey den Blüthen durchdringend, nicht unangenehm gewürzhast, und der Geschmack scharf, bitter, kampferartig. Das Oehl, welches von Farbe weiß ist, behält diesen kampferartigen Geschmack bey, und ist durch ihren angenehmeren aber schwächeren Geruch



ANTHOS *off.*
Rosmarinus officinalis *Retz.*
Rosmarin.



ARNICA. off.
Arnica montana. Bot.
Der Wölverley

Gaudet virtute stimulante, roborante, calefaciente, antiseptica, carminativa.

Flores foliaque in infuso, pro quantitate libiæ unius, ad unciam dimidiam ordinantur. Dosis conservæ a drachmis duabus ad unciam dimidiam; olei destillati ad guttas duas vel tres; spiritus quidem, aqua Reginæ Hungariæ dicta, a guttis viginti ad drachmam dimidiam præscribi possit sed vix internum usum habet. Ad consiciendos potus medicatos, foliorum & florum simul uncia una in libra una vini vel cerevisiæ digeratur.

Externe infusum saturatum ad fomenta balneave roborantia, antiseptica & discutientia magno cum fructu adhibitum fuisse refertur. Sic etiam flores & folia exsiccata ruditer contusa in sacculis ad cataplasmata sicca eventu discutiente applicantur. Oleum ad inungendum abdomen, a spasms & doloribus colicis cruciatum, bono cum eventu resumitur. Spiritus ad fomenta in paralyti, & ad olfaciendum in animi deliquio, utilis.

Tab. XXII.

ARNICA. *Officin.*

Arnica montana. *Botanic.*

Arnica plauensis, Doronicum germanicum. Gallis, Betonie des montagnes, Arnigue, l'Arnica. Anglis, Arnica.

leicht von dem Abendelöhl, welches weniger angenehm riechet, zu unterscheiden. Er besiget reizende, stärkende, erwärmende, säulnißwidrige und blähungtreibende Heilkräfte.

Die Blüthen und Blätter werden in einem Aufgusse von einem Pfunde, zu einer halben Unze verordnet. Die Dose der Conserve ist von zwey Drachmen zu einer halben Unze, die des destillirten Oehls von zwey bis drey Tropfen. Der Spiritus, welcher auch ungarisches Wasser genennet wird, kann zwar von zwanzig Tropfen bis zu einer halben Drachme gegeben werden; allein innerlich wird er fast nie angewendet. Um einen Arzneytrank zu verfertigen; läßt man eine Unze der Blüthen und Blätter untereinander in einem Pfunde Wein oder Bier digeriren. Außerlich wird der gesättigte Aufguss zu stärkenden, säulnißwidrigen und zertheilenden Bähungen und Bädern mit grossem Nutzen verordnet. Auf gleiche Weise haben die getrockneten zu einem groben Pulver zerstoßenen Blüthen und Blätter, als trockene Kräutersäckgen gute zertheilende Heilkräfte geäußert. Das Oehl dienet, um damit den Bauch, in Krämpfungen und Colikschmerzen, einzureiben; und der Spiritus zu Bähungen bey paralytischen Zufällen, oder als Riechmittel bey Ohnmachten.

Zweyundzwanzigste Tafel.

Die Wolberley.

Johannisblume, das Fallkraut, Stichkraut, der Blutrrieb, Großluzian, die Mutterwurzel. Franz. Betonie des montagnes, Arnigue, l'Arnica. Engl. Arnica.

Classis XIX. Singenesia. Ordo II. Polygamia superflua.

Genus. Receptaculum nudum. Pappus simplex. Corollulæ radii filamentis quinque absque antheris.

Species. Arnica foliis ovatis integris: caulinis geminis oppositis.

Habitat in pratis alpinis & subalpinis frigidioris Europæ. Copiosissime in Croatia prope Fucine, in Litorali in monte majore, in Styria superiore in alpebus Judenburgensibus. Floret æstate radice perenni.

Pharmacopoei nobis in usum flores, herbam, radices, extractum & syrupum asservant.

Radix communiter calamum crassa, inæqualis, filis multis deorsum tendentibus. Color extus spadiceus, intus albus, odor gravis; sapor acris, aromaticus. Caulis unicus, erectus, sæpe longitudine pedis unius & dimidii, hirsutus, subangulatus, parum viscidus. Folia ovato-oblonga, integra, pilosa, supra saturate viridia, infra dilute viridescencia, nervosa, saporis acris, subamari. Corollæ compositæ radiatæ, flosculi radii longi, angustati, subæquales, patentes, tridentales, quorum singuli filamenta quinque antheris carentia & stylum unicum intra tubulum recondunt, & flosculi disci hermaphroditi, tubulosi, plerumque trifidi, parte ima papposi. Color saturate luteus, odor imprimis teruntur, subbalsamicus, sapor amarus, acris cum quadam dulcedine. Plerumque flos unicus, secundum diametrum, duos digitos latus in caulis apice insidet; rarissime enim rami laterales exsurgunt, qui etiam si florem

19. Klasse. Mitbuhler. 2. Ordnung. Ueberflüssige Vielweiberey.

Gattung. Der Fruchtboden nackt. Die Haarkrone einfach. Die Strahlen des Blumenkrönchens mit fünf Staubfäden ohne Staubbeuteln.

Art. Wolverley mit eyrunden, ganzen Blättern, welche je zwey und zwey entgegengesetzt an dem Stengel sitzen.

Sie wächst auf Wiesen in hohen und niedern Gebirgen des kältern Europa. Häufig findet man sie in Kroatien bey Fucine, im Litorale auf größern Bergen, in Obersteyer auf den Judenburger Alpen. Sie blühet im Sommer und ist ausdauernd.

In den Apotheken haben wir die Blüthen, das Kraut, die Wurzel, das Extract und den Syrup.

Die Wurzel hat gemeiniglich die Dicke eines Federkiels, sie ist ungleich, mit vielen abwärtslaufenden Fasern versehen. Ihre Farbe ist äußerlich kastanienbraun, inwendig aber weiß; der Geruch ist stark, der Geschmack scharf gewürzhaft. Sie treibt nur einen einzigen, aufrechtstehenden, haarigen, fast eckigen, etwas flebrigen Stengel, welcher oft anderthalb Fuß in seiner Höhe hat. Die Blätter sind länglicht eyrund, ganz, behaart, oben gesättigt grün, unten aber blässer und mit Rippen versehen; ihr Geschmack ist scharf und etwas bitter. Die Blumenkrönen sind zusammengesetzt, strahlensförmig; die Strahlen der Blümchen sind lang, schmal, fast gleich, offenstehend, dreymahl gezähnt; jede von ihnen hat fünf in eine Röhre zusammengewachsene Staubfäden ohne Staubbeuteln, welche einen Griffel umgeben. Die Zwitterblumen des Fruchtbodens sind röhrenförmig, meistens dreylättrig, und am untersten Theile mit Haarkrönen versehen. Ihre Farbe ist gesättigt gelb, ihr Geruch,

gererent, tamen magnitudine flori in medio posito longe cederent. Perianthium constat ex squamis lanceolatis, æqualibus, hirsutis. Hanc plantæ descriptionem fusius explicavimus, quia sæpe flores in ulcæ dissentericæ, in ulcæ salicinæ vel hypochæreos maculatæ, floribus arnicæ montanæ substituuntur.

Gaudet vi stimulante, calefaciente, resolvente, antiseptica, discutiente specifica, & nervos afficiente.

Eventus usus arnicæ hucusque non satis certus & exploratus; nam & in nonnullis facile vomitum, in aliis diuresin vel diaphoresin omnino magnam excitavit. In paralyti, febribus intermittentibus, diarrhoeis & dissenteriiis, imo in morbis putridis nervosis, sæpe arnicam, bono cum effectu, adhibitam fuisse, a multis testatur. Vis specifica ad discutendas sanguinis extravasationes contusionisque internas, ab ictu vel lapsu exortas, jam diu concinata. In omnibus vero his casibus semper attendendum, arnicam in parva dosi remedium esse magnum et citissime operans; summa inde cura & cautela adhibenda, ac in morbis, ad inflammationes hæmorrhagialve dispositis, usus semper intermittendus. Scrupuli duo arnicæ foliorum, vel florum radicumve infundantur in libra una aquæ calidæ; & sumantur potus theiformis instar, imo & in eadem

besonders wenn sie gerieben werden, etwas balsamisch, der Geschmack aber bitter, scharf, etwas süßlicht. Meistens sitzt auf der Spitze des Stengels nur eine einzige, zwey Finger breite Blume, denn Seitenäste treibt sie sehr selten, und wenn sie auch Blüthen trügen, so sind sie weit unansehnlicher als die mittlere Hauptblume. Der Blumenkelch besteht aus lanzettförmigen, gleichlangen, haarigen Schuppen. Die Beschreibung dieser Pflanze ist deswegen weitläufiger auseinander gesetzt worden, weil die Blüthen der Arnika sehr oft mit denen des Ruhrkrauts, des weidenartigen Alants, und des gefleckten Saukrauts, verwechselt werden.

Sie besitzt reizende, erwärmende, -auflösende, säulnißwidrige, auf die Nerven wirkende und spezifisch zertheilende Arznekräfte. Die Folgen nach dem Gebrauch der Arnika sind bisher noch nicht sicher anzugeben, den bey einigen erregt ihr Gebrauch leicht Erbrechen, bey andern befördert sie den Schweiß oder Harn. Viele behaupten, daß sie in paralytischen Zufällen, Wechselfiebern, Diarrhöen und Ruhren, ja selbst in faulichten Nervenkrankheiten, mit vielem Nutzen angewendet worden sey. Auch ist sie bey innerlichen Quetschungen und Geblütsaustretzungen, welche von einem Stoffe oder Falle herkommen, als ein spezifisch zertheilendes Mittel gerühmt worden. In allen diesen Fällen aber hat man immer darauf zu sehen, daß die Wolverley ein in kleinen Dosen schnell- und starkwirkendes Arzneymittel sey, welches man allezeit mit grosser Vorsicht zu gebrauchen habe; und bey Krankheiten, die eine entzündliche Anlage haben, oder wo Blutflüsse drohen, muß man ihren Gebrauch gänzlich vermeiden. Man insundirt zwey Skrupeln von dem Kraut, den

quantitate vini vel cerevisiæ, aquæ loco infundi vel decoqui possunt. Raro in pulvere a granis quinque ad scrupulum dimidium præscribatur. A chemicis flores partibus resinosis & folia gummosis abundare referuntur.

Tota recens planta in pastam contrita, ad discutiendas contusionum læsiones externas applicatur. Decoctum ad fomenta, antiseptica, ad injectiones mundantes ulcera sordida inveterata, unicum decocto mile folii, quod vim irritantem arnicæ obtemperat, bono cum effectu adhibetur; etiam ad balnea in paralyfi laudatur.

Tab. XXIII.

ARUM. *Officin.*

Arum maculatum. *Botanic.*

Barba Aronis, penis sacerdotis. Gallis, pied de veau. Anglis Luckow pint, vel Wacke Robbin.

Classis XX. Gynandria. Ordo IX. Polyandria.

Genus. Spatha monophylla, cucullata. Spadix supra nudus, inferne foemineus, medio stamineus.

Species. Arum acaule, foliis hastatis integerrimis, spadice clavato.

Habitat in nemoribus humidis & umbrosis, ad sepès Austriæ & reliquæ partis Eu-

Blüthen oder Wurzeln mit einem Pfunde warmen Wassers, und trinkt es wie einen Thee; anstatt des Wassers kann man auch Wein oder Bier nehmen, und es entweder damit aufgießen, oder darinn abkochen lassen. In Pulver wird sie selten verschrieben, die Dose ist von fünf Granen, bis zu einem halben Skrupel. Nach dem Urtheile der Chemiker haben die Blüthen mehr harzige, die Blätter aber mehr gummigte Theile in sich.

Die ganze Pflanze wird frisch zu Brei gestossen, äußerlich als zertheilender Umschlag bey Quetschungen, oder andern Verwundungen gebraucht. Der Absud wird sehr nützlich zu Einspritzungen, um alte unreine Geschwüre zu reinigen, in Verbindung mit dem Decoct der Schafragebe, welche den Reiz der Arnika mildert, oder zu Bädern in paralytischen Zufällen mit gutem Erfolge verwendet.

Dreundzwanzigste Tafel.

Die Zehrwurzel.


Aronswurzel, Rühwurzel, Kalbfußwurzel, Fresswurzel, der Aron, Pfaffenpint, deutsche Ingwer, die Eselsöhren.

20. Klasse. Eifersichtige. 9. Ordnung. Vielmännige.

Gattung. Die Blumenscheibe einblättrig, geklappt. Die Spathelscheide oben nackt, unten mit dem Fruchtknoten (weiblich,) in der Mitte mit Staubfäden. (männlich.)

Art. Stengellose Aronswurzel mit spießförmigen, vollkommen ganzen Blättern, und nagelförmiger Spathelscheide.

Sie wohnet in feuchten, schattigten Wäldern, an Bäumen in Oesterreich und dem übrigen



ARUM. off.
Arum maculatum. Bot.
Die Zehrwurzel.

ropæ calidioris. Planta perennis; floret primo vere.

In officinis nostris radix occurrit.

Radix hæc arimaculati est globosa, oblonga, digitum crassa, tuberosa, carnosâ & infra fibrosa; externe læte bruna, interne alba; recens saporis acerrimi & penetrantis. Effodiatur vel mense Martii & Aprilis, antequam folia germinarent, vel ineunte autumno, quando folia marcescere & baccæ maturescere inciperent, & servetur sollicite in vitris clausis. Quovis anno denuo colligi & sic servari debet, quia radicis exsiccatae virtutes fere destitutæ reperiuntur.

Radix viribus acre stimulantibus, calefacientibus & resolventibus imbuta.

Maximos in ventriculi inertia, vel pectoris mucositate præbuit effectus. Porrigatur vel in pulvere cum salibus mediis, vel in pilulis cum extractis amaris, a granis quinque, scrupulo dimidio, ad drachmam dimidiam, & ad drachmam integram, prout Dominus Arneemann dosin constituit. Sæpe a majore dosi, eventus crudelissimos, ut vomitus cruentos & cardialgias intolerabiles, secutos fuisse, multi affirmant; inde a minore dosi ad majorem gradatim progrediendum esse suadent, ut certi esse possimus, ab ægrotis hoc remedium perferri. Radix recens in aceto decocta esculenta evadit. Ad vini medicati præparationem libræ unius quantitate, radicis uncia semis recipi potest, macerando enim, multum vis suæ stimulantis, amittitur.

wärmern Theile von Europa. Sie ist ausdauernd, und blühet im Anfange des Frühlings.

In unsern Apotheken findet man die Wurzel. Diese Aronswurzel ist kugelförmig, länglicht, von der Dike eines Fingers, höckerig, fleischig und unten faserig; ihre Farbe ist von aussen blasbraun, inwendig aber weiß; frisch hat sie einen sehr scharfen und durchdringenden Geschmack. Sie muß entweder in den Monathen März und April vor dem Austreiben der Blätter, oder im eingehenden Herbst, wenn die Blätter welk zu werden, und die Früchte zu reifen anfangen, ausgegraben, und sorgfältig in verschlossenen Gläsern aufbewahrt werden. Alle Jahre muß man sie frisch sammeln und gut aufbehalten, weil sie durch das Austrocknen fast alle ihre Arzneykräfte verlieret.

Die Wurzel besitzt scharf reizende, erhitzende und auflösende Heilkräfte.

In der Schlassheit des Magens, und Verschleimung der Brust leistet sie ausnehmende Dienste. Man giebt sie entweder im Pulver mit Mittelsalzen, oder in Pillen mit bittern Extracten, von fünf Granen, oder einem halben Skrupel, bis zu einer halben Drachme, oder wie Herr Arneemann die Dose bestimmt, bis zu einer ganzen Drachme. Man hat nach der Behauptung vieler Aerzte schon oft auf eine etwas grössere Gabe dieses Arzneymittels die schrecklichsten Folgen, als Blutspeyen und unerträgliche Magenschmerzen beobachtet; daher muß man immer von der kleinern Dose zur grössern stufenweise übergehen, um erst beobachten zu können, in wie weit der Kranke den Gebrauch dieses Mittels vertrage. Wenn man die frische Wurzel mit Essig abkocht, wird sie esbar. Bey Bereitung eines Arzneytranks,

Tab. XXIV.

ASSA FOETIDA. *Officin.*Ferula Assa foetida. *Botanic.*

Assa foetida, Laser. Gallis & Anglis, Assa foetida.

Classis V. Pentandria. Ordo II. Digenia.

Genus. Fructus ovalis, compresso-planus, striis utrinque tribus.

Species. Ferula foliis alternatim sinuatis, obtusis.

Querit solum natale in Persia, & praecipue quidem secundum Kämpfers testimonium, in campis & locis montanis urbis Heraat provinciae Chorassan; ab incolis Hingisch vel Husjeh nominatur. Planta haec umbellifera per plures, ante efflorescentiae tempus, annos perennis, maturato vero semine, moribunda. Etiam in nostris cultura propagari potest regionibus.

A pharmacopolis gummiresina praesto in usum servatur.

Radix, externe coloris nigrescentis, interne albi, plena est succi albi allium redolentis, qui dissectis radicibus transsudat, & a folis calore contentus, in variae magnitudinis figuraeque massis, nomine Assæ foetidæ ex Perside & Syria ad nos deportatur. Succus recens ac fluidus longe fragrantiore gaudet odore, exsiccato. Habet indolem

nimmt man auf ein Pfund Wein eine halbe Unze von der Behwurzel, denn durch die Maceration verlieret sie sehr viel von ihrer heftig reizenden Eigenschaft.

Vier und zwanzigste Tafel.

Der stinkende Usand.

Teufelsdreck, Teufelskoth.

5. Klasse. Fünfmännige. 2. Ordnung. Zweyweibige.


Gattung. Die Frucht eyrund zusammengedrückt flach, mit drey Streifen von beyden Seiten.

Art. Gartenkraut mit wechselweisen, vertieften, stumpfen Blättern.

Sein Vaterland ist Persien, vorzüglich aber, nach Kämpfers Zeugniß, die Felder und gebirgigen Orte um die Stadt Heraat in der Provinz Chorassan. Die Einwohner nennen ihn Hingisch oder Husjeh. Diese doldentragende Pflanze ist, bevor sie geblühet hat, durch mehrere Jahre ausdauernd, hat aber der Saame seine vollkommene Reife schon erlangt, so stirbt sie. Man könnte diese Pflanze auch in unsern Gegenden mit gutem Erfolge bauen.

Die Apotheken haben das Gummi harz zum pharmaceutischen Gebrauch in Bereitschaft.

Die Wurzel dieser Pflanze hat äußerlich eine schwärzlichte, innerlich aber eine weiße Farbe, und ist voll eines weißlichten nach Knoblauch riechenden Saftes, welcher aus den zerschnittenen Wurzeln hervorquillt, und von der Sonnenhitze verdickt, in Stücken von verschiedener Gestalt und Größe unter dem Nahmen stinkender Usand, aus Persien und Syrien, zu uns überbracht wird.



ASSAFOETIDA *off.*
Ferula Assafoetida *Bot.*
Der stinkende Asand.

gummiresinosam, & parte fluida privata, consistentiam ceream, fracturam languide splendentem, colorem flavescenscentem, rubescenscentem, subinde fuscum & passim cærulescentem. Tota massa distinguitur moleculis subpellucidis albis, & profert odorem fortem alliaceum, saporemque amarum, subacrem. Assa foetida, dentibus subposita, tenaciter cohæret, manuum calore mollescit, in aceto vini plane solvitur diligenter terendo, coloreque lacteo solutionem tingit; in aqua partes pauciores gummosæ, in spiritu vini resinosa copiosiores solvuntur, in oleo vero omnem fere solvendi proprietatem recusat. Resina abietis alba succo alli sicco commixta, quæ fraudulenter assæ foetidæ substituitur, facillime ex splendore partium fracturarum, & perfecta in spiritu vini solubilitate, dignoscitur. Eligantur frusta assæ foetidæ minime unguinosa, subsicciora & flexilia, pura, extus flava vel rubescenscentia, intus nonnihil splendentia, nec cum multis granis albidis ac pellucidis, odore penetrante illo carentibus, intermixta, odore & sapore gravissima; rejiciantur vero unguinosa vel nimis emollita, sic & nimis solida vel fragilia, penitus opaca, nigrescentia, arena aut corticibus & aliis heterogeneis partibus commixta, odore saporeque debiliora vel depravata.

Vis medica stimulans, calefaciens, resolvens, antispasmodica, antiseptica & anthelmintica.

Sein Geruch ist, wenn er noch frisch und flüssig ist, bey weiten stärker, als wenn er seine wässerige Eigenschaft verlohren hat. Dieser gummigtharzige Saft hat die Dichte des Wachses, ist im Bruche matt glänzend, von gelblicher, röthlicher, bisweilen brauner, zum Theil bläulichter Farbe, und mit weissen, halbdurchsichtigen Körnern untermengt. Sein Geruch ist stark knoblauchartig, sein Geschmack aber etwas scharf und bitter. Wenn man ihn kauft, so zeigt er sich zähe, und hängt sich an die Zähne, von der Wärme der Hände wird er weicher, und löset sich im Weinessig unter beständigem Umschütteln gänzlich auf, wo bey er die Auflösung wie Milch färbet; im Wasser lösen sich bloß seine, in geringerer Anzahl vorhandenen gummigten Bestandtheile, im Weingeiste seine häufigeren harzigen auf, im Oehle aber ist er ganz unauflöslich. Den Betrug, wenn weisses Tannepech mit getrocknetem Knoblauchsaft untereinander gemengt anstatt des Asands verkauft wird, kann man sehr leicht aus dem Glanze der gebrochenen Stücke und der vollkommenen Auflösbarkeit im Weingeiste, erkennen. Man wähle die weniger schmierigen, halbtrockenen, beugsamen, reinen, von aussen gelben, oder röthlichen, von innen etwas glänzenden, mit wenig weissen durchsichtigen Körnern, denen der durchdringende Knoblauchgeruch mangelt, vermengten, sehr heftig riechenden und scharf schmeckenden Stücke aus, und verwerfe die schmierigen, allzuweichen, oder auch alzuharten, zerbrechlichen, ganz undurchsichtigen, schwarzen, mit Sand, Rinden oder andern fremden Körpern verunreinigten, bey welchen der Geruch sowohl als der Geschmack schwach oder gar verderbt ist. Seine Arzneykräfte sind reizend, erwärmend, auflösend, den Krämpfen und der Fäulniß widerstehend, und wurmtreibend.

In omnibus illis morbis, ubi stimulus ad erigendas vires vitales adhibendus, fructu assa foetida porrigatur, sic in morbis inflammatoriis, sanguinisque profluvii usus plane intermittendus. Plerumque in pillulis a granis duobus ad scrupulum cum extractis amaris, camphora, moscho, mercurialibus & antimonialibus, guajaco, rheo, jalappa & aliis, prout morbi species, & ægrotantis conditio postulerent remediis, ordinetur. Pari ratione unacum saccharo, terendo, in pulverem redigi & sic exhiberi potest. Ad omne vermium genus cum aliis purgantibus assa foetida, ex observationibus optimorum in praxi versantium medicorum, bona experta fuit.

Externe ad osium cariem, ulcera inveterata mundanda, ob vim stimulantem, sic dictam antisepticam, plerumque usurpatur assa foetida in diversa applicationis forma.

Der stinkende Afsand wird in allen Krankheiten, wo man die Lebenskräfte durch Reize zu erhöhen sich bemühet, mit Nutzen gebraucht, so wie er im Gegentheile bey entzündlichen Krankheiten oder Blutflüssen unterlassen werden muß. Man giebt ihn meistens in Pillen von zwey Granen bis zu einem Skrupel in Verbindung mit bittern Extracten, Kämpfer, Quecksilber- und Spießglanzpräparaten, Guajackharz, Rhabarbar, Jalappa, und andern Arzneyen, je nachdem die Gattung der Krankheit, oder die Beschaffenheit des Kranken eine Mischung erfordert. In eben diesem Verhältnisse giebt man ihn mit Zucker gut abgerieben in Pulverform. Auch haben die besten praktischen Aerzte seine Anwendung bey was immer für einer Gattung von Würmern, mit andern Abführungsmitteln zugleich, sehr nützlich gefunden.

Ausserlich wird der stinkende Afsand wegen seiner reizenden, sogenannten säulniswidrigen Kraft, im Weinstraße, und zur Reinigung unreiner Geschwüre angewendet.

Tab. XXV.

ASTRAGALUS. *Officin.*

Astragalus exscapus. *Botanic.*

Gallis, Astragale. Angli latinum servant nomen.

Classis XVII. Diadelphia. Ordo IV. Decandria.

Genus. Legumen biloculare, gibbum.

Species. Astragalus acaulis exscapus, leguminibus lanatis, foliolis villosis.

Crescit in Thuringiæ, Saxonæ, Pano-

Fünf und zwanzigste Tafel.

Die Römerwurzel.

Wirbelwurzel, Astragalwurzel. Franz. Astragale. Die Engländer behalten den lateinischen Namen bey.


17. Klasse. Zweybrüdrige. 4. Ordnung. Behnmännige.

Gattung. Die Hülse zweyfächerig, höckerig. Art. Stengelloses, schafseloses Wirbelkraut mit wolligen Hülsen und weichhaarigen Blättern.

Sie wächst in den Gegenden von Sachsen,



ASTRAGALUS off. *Astragalus exscapus*. Bot. Römerwurzel.



AURANTIUM off *Citrus Aurantium*. Bot. Pomeranze.

nixque regionibus. Floret Majo & Julio radice perenni.

In usum pharmaceuticum radix servatur.

Radix invenitur longa, usque ad duas pollices crassa, in apice tenui in duas partes teneras divisa, extus bruna & rugosa, intus flavescens & lignosa, in margine vero alba & mollior, odoris nullius, saporis dulcis cum ingrata amaritie.

Possidet vim diaphoreticam, diureticam & resolventem.

Credebatur astragali radix specificum in morbis venereis, rheumaticis & arthriticis, remedium, sed experimentis institutis efficacem sese quidem, non vero specificam esse præbuit. Uncia radicis semis in aquæ unciis sedecim ad colaturam unciarum octo decoquatur, & mane vespereque porrigatur.

Tab. XXVI.

AURANTIUM. *Officin.*

Citrus Aurantium. *Botanic.*

Aurantium, malum aureum, malum auratum, pomum nerantium vel auerantium. Gallis, Orange. Anglis, An Orange.

Classis XVIII. Polyadelphia. Ordo III. Icosandria.

Genus. Calyx quinquefidus. Petala quinque oblonga. Antheræ viginti filamentis connatis in varia corpora. Bacca novemlocularis.

Thüringen und Panonien, blühet in den Monathen May und Julius, und ist ausdauernd.

Zum pharmaceutischen Gebrauch wird die Wurzel aufbewahret.

Die Wurzel ist lang, bis auf zwey Zoll in der Dike, und an ihrer dünnen Spitze in zwey zarte Theile abgetheilet; von aussen ist sie runzlig und braun, von innen aber gelb und holzig, am Rande aber weiß und weicher. Sie hat fast keinen Geruch, und ihr Geschmack ist süß mit einer widrigen Bitterkeit.

Ihre Arzneykraften sind auflösend, schweiß- und harntreibend.

Man hielt die Römerwurzel, in venerischen arthritischen und rheumatischen Krankheiten, für ein spezifisches Mittel, die damit gemachten Versuche aber, bestätigten zwar die Wirksamkeit dieser Wurzel, nicht aber ihre spezifische Kraft. Man läßt eine halbe Unze von ihr in sechzen Unzen Wassers bis auf acht Unzen Flüssigkeit einkochen, und giebt es dem Kranken früh und abends einzunehmen.

Sechs und zwanzigste Tafel.

Die Pomeranze.

Franz. Orange. Engl. An Orange.

18. Klasse. Vielbrüdrige. 3. Ordnung. Zwanzigmännige.

Gattung. Der Kelch fünfspaltig. Fünf längligte Blumenblätter. Zwanzig Staubbeutel mit in verschiedne Körper zusammen gewachsenen Staubfäden. Die Beere neunfächerig.

Species. Citrus petiolis alatis, foliis acuminatis.

India orientalis pro patria hujus arboris dignoscitur, sed & in calidioribus Portugalliae, Hispaniae & Italiae regionibus cultura fere nunc quasi alterum acquisivit natale solum. Gaudet toto in anno floribus immaturis maturisque simul.

Servantur in pharmacis flores, folia, cortices fructuum, & ex his paratur aqua naphæ, oleum destillatum, syrupus corticum & foliorum atque tinctura.

Folia figuram habent ovato-acuminatam, texturam tenacem, petiolos cordiforme alatos; eorum color superne læte viridis, nitidus, subtus pallidior, & folia recentia, lucem versus servata, punctula oculo subjiciunt pellucida. Odor, si manibus fricentur calidis, græte fragrans, sapor subamaris, subaromaticus. Florum petala sunt oblonga, alba, odoris suavissimi, saporis amaricantis. Fructus globosus, nonnihil ex parte supina ad imam, compressus, umbilicatus, externe cortice carnosus, coloris extus fulvi, intus albi, inæquali, copiose poroso, fungoso, vestitus, pulpam continet membranosa, succulentam, novemlocularem & octodecim seminibus subovatis, callosis, instructam. Odor fructuum fragrans gratulusque, sapor aromaticus cum grata amaritie dulcedineve, magna enim pro fructuum varietate, saporis in aurantiis diversitas, quæ omnes fere gradus dulcedinem inter & amaritiam absolvit. Excerptantur in usum pharmaceuticum cortices profunde e bruno flavi, amari, non odore privati, nec obsoleti,

Art. Citrone mit geflügelten Blattstielen und zugespitzten Blättern.

Das eigentliche Vaterland dieses Baumes ist Ostindien; durch die Cultur aber ist er in dem wärmern Theile von Portugal, Spanien und Italien fast einheimisch geworden. Das ganze Jahr hindurch ist er mit Blüthen, reifen und unreifen Früchten zugleich versehen.

In den Apotheken werden die Blüthen, Blätter und Schalen der Früchte aufbehalten, und das Pomeranzenblüthenwasser, das destillirte Oehl, der Syrup von den Schalen und Blättern und die Tinctur daraus verfertigt.

Die Blätter haben eine eyrunde-zugespitzte Gestalt, ein dichtes und zähes Gewebe, und Blattstiele mit herzformigen Blattrandspitzen. An ihrer obern Fläche sind sie angenehm grün und glänzend, an ihrer untern Fläche aber etwas blasser von Farbe; und wenn man die frischen Blätter gegen das Licht hält, so zeigen sich dem Auge durchsichtige Punkte. Ihr Geruch, besonders dann, wenn sie zwischen den warmen Händen gerieben werden, ist scharf, aber angenehm, der Geschmack etwas bitter und gewürzhaft. Die Blumenblätter der Blüthen sind länglicht, weiß, und haben einen sehr angenehmen Geruch und etwas bitteren Geschmack. Die Früchte haben eine kugelförmige Figur, sind von oben nach unten zu etwas zusammengedrückt, mit einer nabelähnlichen Vertiefung versehen, von außen aber mit einer fleischigen, unebenen, schwammigen, mit vielen Löchern bezeichneten Schale, welche auswendig eine dunkelgelbe, innwendig aber eine weiße Farbe hat, bekleidet. Diese Schale umschließt ein häutiges saftreiches Mark, welches durch dichtere fast saftlose Scheidewände in neun Fächer abgetheilt ist, und achtzehn eyrunde hornartige Saamen enthält. Der Geruch

neque a situ corrupti, & pars solummodo exterior ab interna fungosa & alba substantia, bene depurata, in usum servetur medicum.

Fructuum vis refrigerans, sitim fallens, antiseptica & antiscorbutica; corticum stimulant, calefaciens, carminativa; florum analeptica; foliorum aromatica, nervina, antispasmodica.

Flores saccharo conditi, vel ut confectura comedi possunt, vel crudorum pugillus unus in aquæ fervidæ unciis octo infundatur. Paratur etiam ex illis aqua destillata, aqua naphæ dicta, quæ quondam, ob contentum oleum volatile aromaticum, remedia inter cardiaca referebatur, & ad vires erigendas vitales adhibebatur. Hodie in hunc scopum vix aliquo gaudet usu, sed tantum, si aqua quadam odorata, ad componendas mixturas emulsioneseve, utimur, aquæ communis loco divitibus præscribitur. Foliorum manipulus unus in aquæ libra una, ad dimidiam liquidi partem, decoctus, & mane exhaustus, a multis, & quidem celeberrimis medicis, in nervorum affectione & convulsionibus quam plurimum laudabatur. Folia siccata, in pulverem redacta, & ad drachmam dimidiam bis, ter aut

dieser Früchte ist sehr heftig und angenehm, der Geschmack gewürzhast, verbunden weder mit einer angenehmen Süßigkeit, oder Bitterkeit, denn der Geschmack der Pomeranzen ist überhaupt nach der verschiedenen Gattung der Früchte überaus unterschieden, er durchgeheth stufenweis alle Grade des Süßen und Bittern. Nur der äussere gelbe Theil jener Schalen, welche eine dunkle, bräunlichtgelbe Farbe, einen bittern Geschmack und starken Geruch haben, auch nicht schon sehr alt, oder schimmeligt sind, wird, nachdem zuvor die inwendige weisse und schwammige Rinde wohl hinweggenommen worden, zum Arzneygebrauche aufbewahret.

Die Früchte besitzen eine kühlende, den Durst stillende, säulniß- und skorbutwidrige Eigenschaft; die Schalen reizen, erwärmen und treiben die Blähungen; die Blüthen sind erquickend; die Blätter gewürzhast, nervenstärkend und krampfstillend.

Die mit Zucker eingesottene Blüthen werden als ein angenehmes Confekt verspiestet, oder ein Gäußlein der rohen mit acht Unzen siedenden Wassers aufgegoßen, und als Thee getrunken. Man kann auch von ihnen ein Wasser abziehen, welches ehedem unter dem Nahmen Pomeranzenblüthenwasser, wegen dem enthaltenen flüchtigen aromatischen Oehle, unter die sogenannten herzstärkenden Mittel gerechnet, und um die geschwächten Lebenskräfte wieder anzufachen, angewendet wurde. Heutzutage ist die Verordnung dieses Wassers zu jenem Endzwecke nicht mehr üblich, sondern nur damahls, wenn wir bey Verfertigung der Mixturen und Emulsionen der Annehmlichkeit wegen ein wohlriechendes Wasser hinzusetzen wollen, wird es anstatt gemeinen Wasser bey Wohlhabenden verschrieben. Der Absud von einer Handvoll Pomeranzenblätter in einem Pfunde Wasser zur Hälfte eingekocht,

quater de die porrecta, in epilepsia & aliis convulsionum speciebus, sæpe opem tulisse, sæpe artis conamina illustrasse, a multis testantur. Cortices, oleo essentiali gratæ amaritiei, quod jam digitorum compressione facillime exsudat, abundantes, ab adhærente substantia alba fungosaque separati, vel in frustulis dissectis in usum ferventur, vel saccharo condientur. Tales cortices depurati jamque exsiccati, nomine flavedinis corticum aurantium, ex Hispaniæ, Italiæ & Galliæ provinciis afferuntur, e quibus illi, qui de Curaffa veniunt, optimæ reperiuntur notæ, vel magnitudinis majoris, vel paucioris substantiæ fungosæ adhærentis quantitatis causa. Facillime in pulverem possunt redigi, & in ventriculi inertia alivove, ubi levi indigemus stimulo, casu, a scrupulo uno ad drachmam dimidiam, imo integram exhiberi. Ex olei destillati quibusdam guttulis & sacchari scrupulo uno alterove, eleosaccharum carminativum conficiatur. Syrupus ad edulcorandas medicamentorum compositiones frequenter usu venit. Dosis tincturæ guttarum viginti, saccharo, vel cochleari aquæ instilletur & sumatur.

des Morgens ausgetrunken, wird von vielen berühmten Aerzten als ein vortrefliches Mittel in Nervenkrankheiten und Zuckungen angerühmt. Die getrockneten Blätter werden zu einem Pulver gestossen, und zu einer halben Drachme, zwey, drey, auch viermahl des Tages in der Fallsucht und andern convulsivischen Krankheiten angewendet. Oft hat man davon den besten Erfolg, oft aber auch seine Hofnung vereitelt gesehen. Die Schalen der Pomeranzen, welche ein wesentliches, angenehm bitteres Oehl, das schon durch den bloßen Druck der Finger sehr leicht ausgepresset werden kann, enthalten, werden von dem daran hängenden weissen und schwammigen Wesen wohl gereiniget, und so stückweise zerschnitten, oder mit Zucker condirt zu fernerm Gebrauch aufbewahret. Derselben schon getrocknete und gereinigte Schalen werden unter dem Nahmen flavedo corticum aurantium aus verschiedenen spanischen, italienischen und französischen Provinzen zu uns verführet, von welchen diejenigen, wegen ihrer Größe und der geringeren Menge des anhängenden Weissen als die Besten angerühmt werden, die aus Curaffa herkommen. Man kann sie sehr leicht zu Pulver zerreiben, und giebt sie bey einer Schwäche des Magens, oder bey andern Krankheiten, wo es eines gelinden Reizes bedarf, von einem Skrupel zu einer halben oder auch ganzen Drachme. Einige Tropfen des destillirten Oehls mit einem oder zwey Skrupeln Zucker abgerieben, machen einen guten Oehlzucker. Der Syrup wird zum Versüßen der Arzneyszusammensetzungen gebraucht. Die Dose der Tinctur ist zwanzig Tropfen, welche man auf Zucker, oder einem Löffelvoll Wasser einnimmt.



BALSAMUM COPAIVÆ. off.
Copaifera officinalis. Bot?
Der Copaivabalsam.

Tab. XXVII.

Sieben und zwanzigste Tafel.

BALSAMUM COPAIVAE. *Officin.*

Der Copaivabalsam.

Copaifera officinalis. *Botanic.*

Copayvæ balsamum, oleum Copal Yvæ, Copaiba, balsamum de Copahu, balsamum brasiliense, balsamus indicus albus. Gallis, Baume de Copaive. Anglis, Balsame of Copaiva.

Classis X. Decandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx nullus. Petala quatuor. Legumen ovatum. Semen unicum, arillo baccato.

Species unica. Copaifera officinalis.

Habitat hæc arbor in America meridionali, in Brasilia & insulis Antillanis, præsertim Maranconia. Celeberrimus dominus a Jacquín illam in insula Martinique prope pagum Carbet detexit.

Pharmacopoei nobis asservant balsamum.

Resina hæc fluida oleosa, promanans ex arboris trunco vulnerato, habet consistentiam olei therebinthinæ, colorem flavescentem, odorem gratum fragrantem therebinthinaceum, saporem amaricantem, subaromaticum, subacrem. In usum pharmaceuticum balsamum limpidum, in quatuor spiritus vini rectificatissimi partibus penitus solubile eligatur, negligaturque opacum, subturbidum consistentiæ melleæ ac coloris profundi. Ad depravandum hujus balsami genus fraudes multæ a mercatoribus adhibentur, sed ex ejus solubilitate, odore saporeque therebinthinam mentiente, facile fallacia dignosci potest.

Weisser indischer Balsam, Balsam von Brasilien. Franz. Baume de Copaive. Engl. Balsame of Copaiva.

10. Klasse. Zehn männige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Kelch keiner. Blumenblätter vier. Die Hülse eyrund. Ein einziger Saame mit einer gebeerten Saamenhaut.

Art. Der officinelle Kopaiwabalsambaum.

Dieser Baum ist in dem mittägigen Amerika, in Brasilien und den Antillen besonders in Marankon zu Hause. Der berühmte Herr von Jacquín traf ihn auch auf der Insel Martinik nahe bey dem Orte Carbet an.

Die Apotheke liefert uns davon den Balsam. Dieses flüssige und öhlichte Harz quillt aus dem verwundeten Stamme des Baumes, hat die Consistenz des Terpenthindhls, eine gelbliche Farbe, einen beißenden, doch angenehmen Terpenthingeruch, einen etwas scharfen, bittern und gewürzhaften Geschmack. Zum pharmaceutischen Gebrauch wird der reine, in vier Theilen rectificirten Weingeist gänzlich auflösbliche Balsam ausgewählt, und der undurchsichtige, trübe, dunkelgefärbte und bis zur Consistenz des Honigs eingedickte, verworfen. Die Kaufleute wenden sehr viele Vortheile zur Verfälschung dieser Art Balsams an, aber aus der verhältnißmäßigen Auflösbareit, und dem mehr oder weniger dem Terpenthin ähnlichen Geruche und Geschmacke läßt sich der Betrug sehr leicht erkennen.

Gaudet virtute stimulantē, calefaciente, roborante & resolvente.

Multus fuit hujus balsami quondam usus in gonorrhœa, fluore albo ex debilitate exortis & lue venerea, nisi febricitassent ægroti, maximis cum laudibus, ubi a guttis quindecim ad triginta mucilage aliqua subactum exhibebatur; sed ob incertam vim suam maximopere stimulantem, jure hodie oblivioni tradi videtur.

Ufus ejus externus in emundandis ulceribus fordidis inveteratis facile negligi, & therebinthinæ merito palma remitti potest.

Er besitzt reizende, erwärmende, stärkende und auflösende Heilkräfte.

Ehedessen war die Anwendung dieses Balsams bey dem Tripper, dem weissen Fluße, in so ferne sie von Schwäche herkamen, und der Lustseuche, wenn die Kranken kein Fieber hatten, sehr im Rufe, und man gab ihn von fünfzehn bis zu dreyszig Tropfen, indem man ihn zuvor mit etwas Schleimichten abrieb; seine unsichere Wirkung, und seine heftig reizende Eigenschaft hat ihn aber schon lange mit Recht beynah in Vergessenheit gebracht.

Sein äusserlicher Gebrauch zur Reinigung unreiner und veralteter Geschwüre kann gewis leicht vernachlässiget, und davor dem Terpenthin der Vorzug eingeräumet werden.

Tab. XXVIII.

BALSAMUM PERUVIANUM, *Officin.*

Myroxylon peruiferum. *Botanic.*

Balsamus peruvianus niger, balsamum indicum nigrum, balsamum de Peru, Opobalsamum siccum. Gallis, Baume de Perou. Anglis, Balsame of Peru.

Classis X, Decandria. Ordo I, Monogynia.

Genus. Calyx campanulatus. Petala quinque summo majore. Germen corolla longius. Legumen unispermum.

Species nota unica, Myroxylon peruiferum, balsamum præbens peruvianum.

Amat hæc arbor loca Americæ meridionalis calidissima, in Terra firma frequens.

Acht und zwanzigste Tafel.

Peruvianischer Balsam.

Indianischer Balsam, trockener Balsam. Franz. Baume de Peru. Engl. Balsame of Peru.

10. Klasse. Zehn männige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch glockenförmig. Blumenblätter fünf, von welchen das oberste grösser ist. Der Fruchtknoten ist länger, als die Blumenkrone, und die Hälfte einsamig.

Art ist eine einzige bekannt, und zwar der peruanische Balsambaum, von welchem wir den peruanischen Balsam gewinnen.

Diese Baumgattung liebt die wärmsten Gegenden des mittägigen Amerika, und man findet ihn auf Terra Firma häufig.



BALSAMUM PERUVIANUM. Off.
Myroxylon peruiferum. Bot.
Peruvianischer Balsamstrauch?

In pharmaciis servatur, nomine balsami peruviani, succus ex arboris partibus obtentus resinofus.

Habet hæc massa ponderosa atque opaca recens syrupi consistentiam, tenfamque vero ficcata, odorem fragrantem & aliquomodo vanigliæ similem, saporem aromaticum, acrem, subamaricantem. Gracillimum spargit balsamus prunis adentibus traditus odorem; si digitum aliudve instrumentum liquido immergimus balsamo, in filamenta subtilia pellucidaque expandi potest. Guttulæ aquæ frigidæ instillatæ majorem ob gravitatem specificam aqua, fundum petunt, ab ebulliente vero in partem oleosam, pelliculæ instar supernatantem, & tensesiorem gravioremque subsidentem, dividuntur. Commisceri nec cum aqua, nec cum oleis expressis, & minus in vini alcohole, quam in vini spiritu rectificato resolvi potest. Subit cum oleis genuinis æthereis amicitiam, & per hanc compositionem penitus in vini alcohole solubilis evadit. Cum vitrioli oleo non effervescent calore adacto, sed refert solutionem rubicundissimam tranquillam. Balsamum cum oleis expressis conjunctionem permittens, in alcohole vini penitus solubile, ferè nigrum colore, debile, empyreumaticumve odore, instillatum chartæ facile defluens, in arte medica, tanquam nullius prætii massa, non adhibeatur. Sic etiam compositiones fraudulentæ, vel ex odore alieno, vel majore minoreve, ac par est, solubilitate, gravitate, vel cum vitrioli oleo effervescentia, facillime possunt distinguui. Obtinetur massa hæc fluida oleoso-resinosa per foliorum, ligni, corticisve coctionem speciei Myroxylis an-

In den Apotheken wird unter dem Nahmen des peruvianischen Balsams, der von verschiedenen Theilen des Baumes gewonnene harzige Saft aufbewahret.

Dieser Saft, so wie er frisch von dem Baume gewonnen wird, hat die Konsistenz des Syrups, wird aber durch das Eintrocknen zu einer dicken, schweren, und undurchsichtigen Masse, welche einen heftigen in etwas der Vanille ähnlichen Geruch, und einen gewürzhaften, scharfen etwas bitterlichen Geschmack besitzt. Er giebt, wenn man ihn auf glühende Kohlen leget, einen sehr angenehmen Geruch von sich. Wenn wir in den flüßigen Balsam einen Finger, oder sonst ein anderes Instrument eintauchen, läßt er sich in sehr feine und durchsichtige Fäden ziehen. Träufelt man einige Tropfen Balsams in kaltes Wasser, so sinket er wegen seiner größern spezifischen Schwere zu Boden; geschicht dieses aber in siedendes Wasser, so wird er in zwey Theile zersehet, der eine schwimmt in Gestalt eines öhlichten Häutgens auf der Oberfläche, der andere und zwar schwerere geht zu Boden. Mit Wasser und den ausgepreßten Dehlen läßt er sich nicht vermischen, auch ist er im Alkohol weniger auflösbar, als im gewöhnlichen Weingeiste. Mit den wesentlichen ätherischen Dehlen kann man ihn vereinigen, und wird durch diese Vereinigung gänzlich im Alkohol auflöslich. Er brauset mit dem Vitriolöhle unter einer Entbindung des Wärmestoffes nicht auf, sondern er wird ruhig aufgelöset, und färbet die Solution mit einer hochrothen Farbe. Jener Balsam, welcher zu ausgepreßten Dehlen eine chemische Verwandtschaft äuffert, oder im Alkohol gänzlich auflöslich ist, eine beynabe schwarze Farbe, einen schwachen oder branzigen Geruch hat, wenn man ihn auf Papier träufelt, leicht abfließt, wird in der Arzneykunst, als eine unnütze Masse

tediætæ, & in cucurbitum putaminibus sub forma inspissata exsiccataque ad nos deportatur; illa enim balsami species liquida pura, sponte ex arboris cortice promanans, & in regione ejus paterna reperta, ad nos usque nunquam pervenit, sed maxime illico ab incolis consumitur.

Tenet vires stimulantés, calefacientes ac resolventes.

Quondam hujus balsami usus in pulmonum ulceribus maximas acquisiverat laudes, sed medici hodierni, ob nimiam stimulantem vim, hujus remedii applicationem fere intermittunt. Nonnunquam tamen roborantem in scopum post dysenterias ac diarrhoeas diuturniores ordinatur & hodie. Porrigebatur quoad dosin a Sydenhamo a guttis viginti ad triginta, ter de die.


Usus ejus externus in emundandis exsicandisque ulceribus multo frequentior. Misceatur balsamus peruvianus cum oleo therebinthinæ, ut fluidior evadat, & sic vulneribus, præsertim dissec-tis nervis, instillari possit; sed & solum therebinthinæ oleum eundem, imo majorem præstitit fructum. Nonnulli a balsamo, frustulo corii in emplastri forma illinito, regionique vertriculi appo-sito, digestionem fuisse promotam, vidisse credebant.

nicht verbraucht. Die Zusammensetzungen, welche betrügerische Kaufleute dem peruvianischen Balsam unterschieben, kann man entweder aus dem fremdartigen Geruche, aus der ungewöhnlich grössern oder geringern Auflösbarkeit und Schwere, oder aus dem Aufbrausen mit Vitriolöhl, sehr leicht erkennen. Wir erhalten diesen flüssigen öhlichtharzigen Balsam, welcher durch Kochen der Blätter, des Holzes und der Rinde der oben beschriebenen Art der Myrogy-le gewonnen wird, in Kürbisschalen unter der Gestalt eines dichten und trockenen Körpers; denn jener reine und flüssige Balsam, welcher von selbst aus der Rinde des Baumes aufsteigt, und in seinem Vaterlande angetroffen wird, kommt nie bis zu uns, sondern wird schon dort von den Einwohnern verbraucht.

Er besitzt reizende, erwärmende und auflösende Heilkräfte.

Die ältern Aerzte rühmten den Gebrauch dieses Balsams in Lungengeschwüren gemein, von den Neuern aber wird er wegen seiner heftig reizenden Eigenschaft fast nicht mehr gebraucht. Bisweilen wird er doch bey einer, nach lange anhaltenden Diarrhöen und Dysenterien, entstandenen Schwäche, als ein stärkendes Mittel, auch noch heut zu Tage verordnet. Sydenham gab ihn, was die Dose betrifft, von zwanzig bis dreyszig Tropfen drey-mahl des Tages.

Viel häufiger ist sein äusserlicher Gebrauch, um Geschwüre zu reinigen und auszutrocknen. Man vermenget ihn gewöhnlich mit Terpen-thinöhl, damit er flüssiger werde, und so in die Wunden, besonders auf abgeschchnittene Nerven, geträufelt werden könne; das Terpen-thinöhl allein aber, hat wo nicht bessere, doch gewiß eben dieselben Vortheile geleistet. Einige glaubten beobachtet zu haben, daß, wenn man diesen Balsam, wie ein Pflaster auf ein Stück Leder aufstreichet, und



BARDANA. Off.
Achyrocline Lappa. Bot.
Die Klette.

auf die Magengegend auflege, die Verdauung befördert werde.

Tab. XXIX.

Neun und zwanzigste Tafel.

BARDANA. *Officin.*

Die Klette.

Arctium Lappa. Botanic.

Personata, lappa major. Gallis, Bardane, Glouteron. Anglis, Burdock, Clot-Burr.

Großdeckkraut. Franz. Bardane, Glouteron. Engl. Burdock, Clot-Burr.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo I. Polygamia æqualis.

19. Klasse. Mitbuhler. 1. Ordnung. Gleiche Vielweiberey.

Genus. Calyx globosus: squamis apice hamis inflexis.

Gattung. Der Kelch ist kugelförmig, mit Schuppen, die an ihrer Spitze eingebogene Angeln haben.

Species. *Arctium foliis cordatis, inermibus, petiolatis.*

Art. Klette mit herzförmigen, wehrlosen, gefielten Blättern.

Habitat in locis ruderatis ad sepes & vias Austriæ totiusque fere Europæ. Floret æstate radice perenni.

Sie wächst auf ungebauten Orten, an Wegen und Zäunen in Oesterreich und ganz Europa. Sie blühet dem ganzen Sommer hindurch, und ist ausdauernd.

Tantum radix in nostris pharmaciis occurrat.

In den Apotheken trifft man bloß die Wurzel an.

Gaudet bardanæ radix notabili crassitie ac longitudine, emittit paucas tenuesque fibras laterales, ita, ut fere simplex inveniat, recta procedit sub terra via. Color externus nigricans, internus albus, textura spongiosa; sapor, a degustationis initio, subdulcis, postea vero amaricans, odor non ingratus. Colligimus mense Majo hanc radicem succo tunc multo repletam, vetustam vero jamque lignosam, omnis virtutis expertem, repudiamus.

Die Klettenwurzel hat eine beträchtliche Länge und Dicke, und es entspringen aus ihr wenige Wurzelfasern, so zwar, daß sie fast nur einstämmig ist; sie verfolgt unter der Erde einen geraden Weg. Ihre Farbe ist äußerlich schwarz, inwendig aber weiß, und hat ein schwammiges Gewebe. Wenn man sie verkostet, so empfindet man im Anfang ein etwas süßes, bald darauf aber einen bitteren Geschmack. Sie riechet auch nicht unangenehm. Man pflüget sie im Monathe May, wenn sie recht saftig ist, zu sammeln; denn wenn sie schon alt, oder wohl gar holzig ist, taugt sie nichts, und hat alle ihre Heilkräfte verlohren.

Celebratur a viribus suis aperientibus, diuresin ac diaphoresin moventibus.

Man rühmet sie wegen ihrer eröffnenden, schweiß- und harntreibenden Eigenschaft.

Laudabatur diu in morbis syphiliticis ut specificum. Ejus decoctum in vesicæ calculo, nec non variis exanthematum speciebus passioneque rheumatica, cum radicum graminis, taraxaci, althææ decocto conjunctum, & melle edulcoratum, hodie frequenter usurpatur. Uncia semis vel integra radicis bardanæ decoquatur in aquæ libra una, & vel hauriatur calidè, vel pro potu sumatur ordinario per diem ad libitum. Succus recenter expressus tempore vernali cum sero lactis commixtus, a multis plus moris consuetæ, quam medicaminis causa, in potum adhibetur, ad repurgandam, ut dicunt, massam humorum.

Ufus Lappæ externus, interno magis comendatione dignus. Succus foliorum expressus vulneribus infillatus, folia in pastam redacta, vel cum lacte in cataplasmaticis formam decocta, ulceribus impetiginibusve imposita, levem excitant supurationem, & ad sanationem ea brevi perducunt. Decoctum radicis saturatissimum in fomentationis forma applicatum, affirmante domino Hufeland, ulcera pedis gangrenosa, quæ jam membri postulabant amputationem, in viginti quatuor horarum spatio sic mutaverat, ut imminens evanesceret periculum, & cura deinde finita, ægrotus pede integro servato ingredi possit. Etiam crusta sic dicta lactea ac tineæ ab hujus decocti usu fuisse profligata refertur. Folia, ut quovis anni tempore succulenta habeantur, servantur vel in cellis sub arena, vel exsiccantur in loco umbroso, & denuo madefacta applicentur.

Lange hielt man sie in galanten Krankheiten für ein spezifisches Mittel. Ihr Absud wird auch im Blasensteine, bey verschiedenen Hautausschlägen, rheumatischen Schmerzen, in Verbindung mit Graswurzeln, Pfaffenröhr und Eibischwurzeln, mit Honig verflüßet, noch öfters verordnet. Man kochet gewöhnlich eine halbe oder auch ganze Unze Klettenwurzel in einem Pfunde Wassers, und trinket es entweder warm, oder auch nach Belieben unter Tags anstatt des gewöhnlichen Trankes. Den frisch ausgepreßten Saft, mit Molken vermischet, trinken viele mehr aus Gewohnheit, als eines medizinischen Nutzens wegen, zur Frühlingszeit, um, wie sie sagen, das Blut zu reinigen.

Die äussere Verwendung der Klette, verdienet eine weit grössere Empfehlung, als ihre innere. Der ausgepreßte Saft der Blätter, wenn er in Wunden geträufelt wird, oder die Blätter selbst, wenn sie blos zerquetschet, oder auch mit Milch zu einem Brei gekochet, und als Uberschlag auf Geschwüre und Flechten geleyet werden, bringen eine ganz gelinde Eiterung hervor, und stellen in kurzer Zeit den Schaden heil wieder her. Herr Hufeland behauptet, daß brandige Geschwüre am Fusse, die schon die Abnehmung des Gliedes foderten, von Bähungen, die aus einem sehr gesättigten Absude der Klettenwurzel gemacht waren, innerhalb vier und zwanzig Stunden in so weit gebessert wurden, daß die drohende Gefahr verschwand, und nach geendigter Heilung der Kranke auf seinen Füßen gesund einhergehen konnte. Man erzählet auch, daß, von dem Gebrauche eben dieses Dekokts, der so genannte Milchschorf und der Erbgrind vertrieben worden sey. Damit man zu jeder Jahreszeit die Blätter frisch haben könne, muß man sie entweder in einem Keller unter dem San-



BECCABUNGA. off.
Veronica Beccabunga. Bot.
Bachbungen.

Tab. XXX.

BECCABUNGA. *Officin.*Veronica Beccabunga. *Botanic.*

Anagallis aquatica. Gallis, Mouton d'eau, Berle. Anglis, Brook-lime, Beccabung.

Classis II. Diandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx quadri-vel quinque partitus. Corolla limbo quadripartito, lacinia infima angustiore. Capsula bicularis.

Species. Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente.

Crescit in rivulis vix congelatis, ad fossas fluviorumque ripas Austriæ ac calidioris Europæ. Floret æstate; planta perennis.

Servatur in officinis conserva ex beccabungæ foliis parata.

Caulis plerumque longitudine pedis, præditus frondibus foliisque oppositis.

Folia uno alterove pollice longa, succulenta, ovata, obtusa, nitida, crassa, in margine crenata, colore læte viridia, brevibusque petiolis instructa. Sapor plantæ, præsertim adultæ, acris & amaricans.

Gaudet virtute saponacea, antiscorbutica, resolvente.

Folia, ad manipulum unum vel duos in

de verwahren, oder sie an einem schattigten Orte trocknen, und wenn man sie gebrauchen will, von neuem etwas anfeuchten.

Dreyßigste Tafel.

Die Bachungen.

Der Wassergauchheil. Franz. Mouton d'eau, Berle. Engl. Brook-lime, Beccabung.

2. Klasse. Zweymännige. 1. Ordnung. Ein weibige.

Gattung. Der Kelch vier- oder fünfmahl getheilt. Der Rand der Blumenkrone ist viermahl getheilt, wovon der unterste Lappe enger ist. Die Saamenkapsel ist zweyfächerig.

Art. Ehrenpreis mit Seitentrauben, eyrunden flachen Blättern und kriechendem Stengel.

Er wächst in sehr kleinen Bächen, welche kaum gefrieren, in Gräben und an den Ufern der Flüsse, in Oesterreich und dem wärmern Europa. Er blühet im Sommer, und ist ausdauernd.

Man hat in den Apotheken eine Conserve, die aus den Blättern der Bachungen bereitet wird.

Ihr Stengel ist meistens einen Schuh lang, und die Zweige und Blätter sitzen einander gerade gegenüber.

Die Blätter, welche einen oder zwey Zoll lang sind, sind saftreich, eyrund, abgestumpft, glänzend, dick, am Rande eingekerbt, haben eine angenehm grüne Farbe, und kurze Blattstiele. Der Geschmack dieser Pflanze, besonders der ältern, ist scharf und etwas bitter.

Sie besitzen eine seifenartige, skorbutwidrige und auflösende Eigenschaft.

Die Blätter zu einer oder zwey Handvoll in

fero lactis decocta, in scorbuto etiam si cum febris conjuncto, laudabatur. Sic & succus expressus ad unciam duarum quantitatem bis terve de die eodem in morbo ordinabatur. A multis succus ille cum lactis fero commistus in medicamentum vernale ad emendandam humorum massam, quali cum effectu ignoro, adhibetur. Conserva cochlearum a scorbuticis nec non herba recens in acetariis ingeri potest, salubri sepe cum eventu.

Tab. XXXI.

BELLIS MINOR. *Officin.*

Bellis perennis. *Botanic.*

Bellis pratensis, bellus flos, herba margarita. Gallis, Panquerette vivace, Marguerites, Pasquettes. Anglis, Daifies.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo II. Polygamia superflua.

Genus. Receptaculum nudum, conicum. Pappus nullus. Calyx hemisphaericus: squamis aequalibus. Semina obovata.

Species. Bellis scapo nudo.

Ornat aprica elevataque prata Austriae, ac maximae partis Europae flore a primo vere ad hyemem usque suo.

Pharmacopolae flores foliaque in usum asservant.

Folia oblonge ovata, in margine crenata ac pilosa infident petiolo e radice exsurgente foliaceo. Florum, quorum singulus caulis affidet separato duos pol-

Molken abgekocht, rühmte man sehr im Skorbut, auch wenn er von einem Fieber begleitet würde. So wurde auch der ausgepreßte Saft der Blätter zu zwey Unzen zwey oder drey mahl des Tages in der nehmlichen Krankheit verordnet. Viele gebrauchen den Saft mit Molken vermischet als Frühlingsskur um die Säfte zu reinigen, mit welchem Erfolge aber, weiß ich nicht zu entscheiden. Skorbutische können die Conserve löffelweis, oder auch das frische Kraut unter dem Salate, und zwar oft mit Nutzen nehmen.

Ein und dreyßigste Tafel.

Das Gänseblümchen.

Die Maßliebe, das Margarethblümchen, Tausendschönchen, Monathblümchen, Osterblümchen, Frühblümchen. Franz. Panquerette vivace, Marguerites, Pasquettes. Engl. Daifies.

19. Klasse. Mitbuhler. 2. Ordnung. Uiberflüssige Vielweiberey.


Gattung Der Fruchtboden nackt, kegelförmig. Haarkrone keine. Der Kelch halbfugelrund, mit gleichen Schuppen. Die Saamen verkehrt eyrund.

Art. Maßliebe mit nacktem Schaft.

Sie zieret mit ihren Blümchen die an der Sonne gelegenen und erhabenen Wiesen Oesterreichs, und des größten Theiles von Europa vom Anfange des Frühlings, bis gegen den Winter zu.

Zum Gebrauche liefern uns die Apotheken die Blätter und Blüten.

Die Blätter sind länglicht eyrund, am Rande eingekerbt und haarig, sie sitzen auf einem krautartigen Blattstiel, welcher unmittelbar aus der Wurzel entspringt. Die



BELLIS MINOR. *off.*
Bellis perennis. *Bot.*
Das Gänseblümchen.



BENZOE. off.
Styrax Benzoe. Bot.
Der. Benzoe.

lices longo, nudo, color in hermaphroditis flavus, in foemineis albus, externe ad petalorum apicem rubicundus. Sapor totius plantæ subacris; sed omni omnino caret odore.

Vires, nisi paucas refrigerantes, fere nullas occupat.

Existimatur florum infusum infantibus purgans; sed etiam olim bellis minoris usus in tabe, pulmonum affectione magnis efferebatur laudibus, tamen virtutis experts reperta hodie plane negligitur.

Tab. XXXII.

BENZOE. *Officin.*

Styrax Benzoë. *Botanic.*

Assa odorata, assa dulcis. Gallis, Benzoin. Anglis, Benjamin, Benzoin. Classis X. Decandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx inferus. Corolla infundibuliformis. Drupa disperma.

Species. Styrax Benzoë.

Syria, Judæa, Insula Sumatra & Italia patria hujus arboris agnoscitur.

Servatur in officinis resina, ac inde flores, oleum empyreumaticum & tinctura parantur.

Adfertur succus hic resinosus ex insula Sumatra in magnis massis concretis, quæ vel canna tectæ, vel saltem ejus

Blüthen, deren jede einzeln auf einem eigenen Stengel aufsitset, haben, wenn sie weiblich sind, eine weisse, wenn sie aber beyde Geschlechter in sich begreifen, eine gelbe Farbe, die Spitzen der weissen Blumenblätter aber sind an ihrer äussern Fläche roth. Die ganze Pflanze besitset einen etwas scharfen Geschmack, aber gar keinen Geruch.

Heilkräfte hat sie fast keine, ausser vielleicht etwas kühlende.

Der Aufguss der Blüthen wird für ein Abführungsmittel für Kinder gehalten; aber obschon der Gebrauch der Masliebe vorhin in der Schwindsucht und andern Lungenkrankheiten sehr gelobet wurde, so kommt sie doch heutzutage wegen Mangel an Heilkräften ganz ausser Gebrauch.

Zwey und dreyßigste Tafel.

Der Benzoe.

Wohlriechender Asand. Franz. Benzoin. Engl. Benjamin, Benzoin.

10. Klasse. Zehn männige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch unten. Die Blumenkrone trichterförmig. Die Steinfrucht zweysaamig.

Art. Der Benzoe.

Syrien, Palestina, die Insel Sumatra und Italien nimmt man als das Vaterland dieses Baumes an.

Das Harz hält man in den Apotheken auf, und bereitet daraus, die Blumen, das empyreumatische Oehl und die Tinktur.

Dieser harzige Saft wird aus der Insel Sumatra in grossen und dichten Massen, welche mit Rohr bedeckt, oder wenigstens

Ⓞ

impressionibus notatæ sunt. Distinguitur Benzoë ab aliis corporibus resinosis, per structuram opacam, siccitatem, duritiem notabilem cum fragilitate conjunctam, colorem rubicunde brunum, multis moleculis flavescens distinctum, odorem gratissimum penetrantem, qui magnopere augetur, si vel incalescat sub manibus calidis fricando, vel foculo, carbonibus ardentibus repleto, subjiciatur, & per saporem aromaticum subdulcem. Benzoës resina accensa, lucida cum flamma ac fuliginosa comburit nigro superstitite carbone. Nec cum aqua, quam vero digerendo cum odore fragrante ac suavi imbuat suo, nec cum oleo inicit amicitiam solutionis, sed tantum vini spiritum rectificatissimum, ut menstruum agnoscit, & tingit solutionem colore ex flavo rubicundo, quæ, si instilletur aquæ, lactis colorem refert. Duplex hujus resinæ species a nobis ratione bonitatis dignoscitur; una nigrescens fere, vilioris pretii, a mercatoribus sic dicta, Benzoë in fortis, quæ ex frustulis majoribus, plerumque impuris constat; altera optimæ notæ, ab intermixtis multis granulis albis, amygdalarum figuram mentientibus, Benzoë amygdalodes dicta, coloris e bruno rubescens. Adhibeatur prima, negligatur & altera in usu pharmaceutico.

Offert vires stimulantés, calefacientes ac resolventes.

Ulus resinæ internus rarus, nisi quondam a nonnullis in pulmonum affectionibus ad augendam tussim adhibita fuerit,

mit Eindrücken davon versehen sind, zu uns überbracht. Man kann den Benzoe von andern harzigen Körpern durch seine Undurchsichtigkeit, Trockenheit, beträchtliche Härte mit Zerbrechlichkeit verbunden, durch seine rothbraune, mit vielen gelblichten Flecken untermengte Farbe, seinen heftigen sehr angenehmen Geruch, welcher, wenn man ihn zwischen warmen Händen reibet, oder auf glühende Kohlen streuet, noch mehr vermehret wird, und durch seinen süßlich gewürzhafsten Geschmack leicht unterscheiden. Wenn man das Benzoe harz anzündet, so verbrennet es mit einer hellen rauchenden Flamme, und läßt eine Kohle zurück. Mit dem Wasser und Dehle gehet es keine Auflösung ein, obschon das Wasser durch eine vorausgegangene Digestion den starken und angenehmen Geruch des Benzoe annimmt; ihr einziges Auflösmitel ist das Alkohol, und die Solution bekommt eine gelblichte rothe Farbe; träufelt man aber diese Tinktur in Wasser, so bekommt die Flüssigkeit eine milchweiße Farbe. In Rücksicht der Güte unterscheidet man zweyerley Gattungen von diesem Harze, eine, welche fast schwarz ist, und aus grossen meistens unreinen Stücken besteht; sie wird von den Kaufleuten Benzoe in Sorten genannt, und ist im Werthe die geringste; die andere, welche mit verschiedenen weissen Körnern, die den Mandeln ähnlich sehen, untermengt ist, und daher Mandelbenzoe genennet wird, hat eine rothbraune Farbe, und ist dem Werthe nach die beste. Man gebrauchet in der Arzneykunst nur die letztere Gattung mit Ausschluß der erstern.

Sie besizet reizende, erwärmende und auflösende Heilkräfte.

Innertlich wird dieses Harz selten angewendet, doch ist es in älteren Zeiten von einigen Aerzten bey Lungenkrankheiten, um

cujus vero loco hodie flores, id est acidum per sublimationem essentielle paratum ad grana tria, quatuor ac ultra in pilulari forma ordinantur. Tinctura cum aliquo syrupo commista ad guttas viginti aut triginta in iisdem morbis pulmonalibus præscribi possit.

Uusus externus multo frequentior tum resinæ ipsius, tum præparatorum. Delectamur ab odore grato resinæ prunis impositæ, sed pulmonibus labefactis affecti fumum nequaquam perferre queunt, quia ab ambustione, altera quasi sublimatione aër partibus salinis acre stimulantibus gravidatus, in illis magnam excitat molestamque tussim, quæ tamen vomica matura laborantibus ad disruptionem proficua esse potest. Assirnant nonnulli articulis periti, dolores rheumaticos ab his fumigationibus & linteo institutis frictionibus esse profligatos. Tinctura instilletur ulceribus gangrenosis vel sordidis, ad producendum in illis partibus stimulum. Frequentissime vero a fœminis vitæ deliciis deditis in lotionem faciei, pectoris & brachiorum, ad emolliendam eum delendasque lentigines usurpatur la c v i r g i n a l e, quod paratur, si tincturæ guttulæ viginti vel triginta addantur libræ aquæ. Tingitur tunc liquidum colore lacteo, unde nomen traxit.

den Husten zu vermehren, verordnet worden; wir aber, wenn wir uns dieses Mittels bedienen wollen, nehmen anstatt des blossen Harzes die Benzoeblumen, eine durch die Sublimation ausgezogene eigenthümliche Säure, zu drey, vier oder mehreren Granen in Pillen in unsere Formeln auf. In ähnlichen Fällen kann man auch die Tinctur zu zwanzig auch dreyßig Tropfen, mit einem Syrup vermischt, darreichen.

Viel gewöhnlicher ist die äußerliche Verwendung sowohl des Harzes selbst, als der daraus verfertigten Präparate. Wir durchräuchern unsere Wohnungen mit diesem Harze, welches einen sehr angenehmen Geruch giebt; jene Menschen aber, welche schwache Lungen haben, können den Rauch nicht vertragen, weil bey Verbrennung des Benzoe, gleichsam durch eine Art Sublimation, die Luft mit scharfen reizenden Salztheilchen geschwängert wird, und ihnen einen grossen und lästigen Husten verursacht, welcher nur jenen zuträglich seyn kann, die einen geschlossenen Eitersack in ihrer Lunge haben, der dadurch zum Zerplatzen gebracht wird. Einige Aerzte behaupten auch, daß rheumatische Schmerzen durch das Reiben mit durchräucherten Tüchern, glücklich vertrieben worden seyen. Die Tinctur gießt man tropfenweis in brandige und unreine Geschwüre, um einen Reiz anzubringen. Von weichen Frauenzimmern wird die Jungfernmilch zum Waschen des Gesichtes, der Hände und des Busens, um die Haut geschmeidig zu erhalten, und die Sommersprossen zu vertreiben, sehr häufig verbraucht. Man bereitet sie, wenn man zwanzig oder dreyßig Tropfen der Benzoe tinctur in ein Pfund Wasser gießt; die Flüssigkeit bekommt davon eine milchweisse Farbe, und daher hat sie ihren Namen erhalten.

Tab. XXXIII.

BERBERIS. *Officin.*

Berberis vulgaris. Botanic.

Oxyacantha, crespinus, crispinus. Gallis, Epinevinette, Aigrette. Anglis, Barbery-trée, Pipperidgebusch.

Classis VI. Hexandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx hexaphyllus. Petala sex. Glandulæ duæ basi singuli petali adnatæ. Stylus nullus. Bacca apice perforata, disperma.

Species. *Berberis pedunculis racemosis, spinis triplicibus.*

Reperitur hic frutex copiosissime in sylvis, dumetis, ad sepes Austriæ & reliquæ Europæ, imo regionis orientalis, & in monte Libanon. Floret Majo & Junio.

Syrupus acrotulæ e fructuum succo a pharmacopolis parantur.

Habent baccae figuram ovato-cylindricam, obtusam, umbilico fusco subrotundo notatam, colorem pulcherrime rubrum. Includunt semina oblonga duo, in unico loculo contenta. Refert succus in illis scatens ruber saporem subadstringentem grateque acidum.

Tenet vires refrigerantes & sitim fallentes.

Utimur inflammatorii in morbis berberisyrupo ad edulcorandas medicamentorum compositiones fluidas, nec non unum alterumve hujus syrups coch-

Drey und dreyßigste Tafel.

Der Weinschädling.

Sauerdorn, Sauerach, Saurach, die Berberisbeeren. Franz. Epinevinette, Aigrette. Engl. Barbery-trée, Pipperidgebusch.

6. Klasse. Sechsmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch sechsblättrig. Blumenblätter sechs, deren jedes an den Nägeln mit zwey Drüsen versehen ist. Griffel keiner. Die an der Spitze durchbohrte Beere ist zweysamig.

Art. Berberisstrauch mit traubichten Fruchtstielen, und dreyfachen Dornen.

Man findet diesen Strauch sehr häufig in den Wäldern, Dornhecken und an Säunen, in Oesterreich und dem übrigen Europa, auch selbst in Ostindien und auf dem Berge Libanon. Er blühet im May und Junius.

Die Apotheker verfertigen aus dem Saft der Weinschädlingsbeeren einen Syrup und kleine Zuckerkügelchen.


Die Beeren haben eine egrund walzenförmige, abgestumpfte Figur, woran man eine dunkle, rundlichte, nabelähnliche Vertiefung bemerkt, und prangen mit einer schönen hochrothen Farbe. Sie schließen zwey Saamen in sich ein, welche in einem einzigen Fache verborgen liegen, und strotzen von einem rothen Saft, der einen etwas zusammenziehenden, angenehmen sauren Geschmack besitzt.

Er hat kühlende, den Durst stillende Arzneykkräfte.

Man bedienet sich des aus den Weinschädlingsbeeren zubereiteten Syrops zum Versüßen der flüssigen Arzneyszusammensetzungen in inflammatorischen Krankheiten, oder läßt



BERBERIS *off.*
Berberis vulgaris *Bot.*
Weinshädling.



BRYONIA. Off.
Bryonia dioica. Bot.
Zaunrübe.

lear admisceatur aquæ, & hauriatur pro potu consveto in iisdem morbis. Rotulæ ab ægrotantibus cupidinosis grati magis saporis, quam vis medicæ causa usurpantur.

einen, auch zwey Eßffel voll davon mit Wasser verdünnet, in eben diesen Krankheiten als gewöhnlichen Trank gebrauchen. Die mit dem Saft dieser Beeren verfertigten Zuckerplätzchen werden von leckerhaften Kranken, nicht eines medicinischen Nutzens, sondern bloß des angenehmen Geschmacks wegen häufig verbraucht.

Tab. XXXIV.

Bier und dreyßigste Tafel.

BRYONIA. *Officin.*

Die Zaurrübe.

Bryonia dioica. *Botanic.*

Vitis alba, viticella, pilothrum. Gallis, Bryone, Feu ardent, Colubrine, Couleuvrée, Vigne blanche. Anglis, Bryony.

Sichtrübe, Stickwurz, Teufelskirche, der weiße Widerthon. Franz. Bryone, Feu ardent, Colubrine, Couleuvrée, Vigne blanche. Engl. Bryony.

Classis XXI. Monœcia. Ordo X. Synonymia.

21. Klasse. Halbgetrennte. 10. Ordnung. Mitbuhler.

Genus. Mas. Calyx quinqueidentatus. Corolla quinquepartita. Filamenta tria.

Gattung. Männliche Blume. Der Kelch fünfmal gezähnt. Die Blumenkrone fünfmal getheilt. Staubfäden drey.

Fœmina. Calyx & corolla maris. Stylus quadrifidus. Bacca subglobosa, polysperma.

Weibliche Blumen. Der Kelch und die Blumenkrone sind wie bey der männlichen Blume. Der Griffel vier-spaltig. Die Beere fast kugelförmig, vielsamig.

Species. Bryonia foliis palmatis utrinque calloso-scabris, floribus dioicis.

Art. Zaurrübe mit handförmigen, von beyden Seiten schwielicht-scharfen Blättern und ganz getrennten Blumen.

Habitat ad sepes Austriæ ac Panoniæ. Floret æstate radice perenni.

Man findet sie an Zäunen in Oesterreich und Panonien. Sie blühet im Sommer, und ist ausdauernd.

Affervatur sola radix ad usum pharmaceuticum.

Nur die Wurzel allein wird zum Arznegebrauch in den Apotheken aufbewahrt.

Notabilem habet radix hæc fusiformis magnitudinem, sæpe brachii crassitiem, inferiore tantummodo parte ramis lateralibus prædita. Color externus subflavus, internus albus. Radix recens succo repleta lacteo, carnosa, siccata vero fun-

Sie ist spindelförmig, hat eine ansehnliche Größe, und oft die Dike eines Männerarmes, wovon nur ihr unterster Theil mit Seitenzweigen versehen ist. Ihre Farbe ist von aussen gelblicht, von innen aber weiß. Wenn die Wurzel noch frisch ist, so ist sie

gosa, pallida & radiis ac circulis distincta. Odor recentis foetidus, sapor nauseosus, acris, amarus, opio similis. Nominatur vitis alba, quia hamis sese, vitis instar viniferæ, sepibus aliisve objectis propinguis affigit. In aliis locis adhibetur bryonia alba baccis nigris, tum & in nostris bryonia nunc descripta dioica baccis rubris usuvenit. Virtus in utraque eadem,

Possidet bryoniæ radix vim acre purgantem, sic dictam drasticam.

Ufus jam veteribus notus, sed semper acerrima inter medicamenta jure referebatur. Dolores colici crudelissimi, cardialgiæ intolerabiles, vomitus & diarrhœæ longinquæ usum bryoniæ secuta suis se reperiebantur. Adhibeatur in maxima tantummodo ex mucositate intestinorum inertia iritabilitatisque defectu. Ordinabatur a Sydenhama & aliis vel succus recenter expressus cum saccharo commistus ad drachmam unam vel duas bis terve de die, vel decoquebatur radicis uncia dimidia in aquæ, vini aut cerevisiæ libra una, & porrigebatur cochlear dimidium aut integrum ter quaterve in die, in mania, hydrope, epilepsia & asthma. Radix exsiccata, acidis vel aromatibus commixta, mitior evadit, & minore cum periculo exhiberi potest.

voll eines milchigten Saftes und fleischicht, getrocknet aber ist sie schwammig, blaß, mit verschiedenen Kreisen und Linien, die sich im Mittelpunkte durchkreuzen, bezeichnet. Sie hat einen sinkenden Geruch, und einen eckelhaften, scharfen, bittern, dem Opium ähnlichen Geschmack. Der Name, weiße Rebe, welcher auch bisweilen der Saunrübe beygelegt wird, scheint daher zu kommen, weil sie sich mit ihren Ranken, wie der wahre Weinstock, an benachbarte Säune und andere Gegenstände anklammert. In andern Gegenden wird anstatt unserer Saunrübe, die rothe Beeren trägt, eine andere Art, die weiße Saunrübe nach Linne, mit schwarzen Beeren, gebraucht. Die Heilkraft ist in beyden Arten die nehmliche.

Die Wurzel der Saunrübe besitzt eine heftig purgirende, oder sogenannte drastische Eigenschaft.

Ihr Gebrauch war schon bey den Alten bekannt, aber immer wurde dieses Mittel, und zwar mit Recht, unter die heftigsten gezählet. Man hat die stärksten Kolikschmerzen, unerträgliche Magenschmerzen, Erbrechen und lange anhaltende Durchfälle auf die Anwendung dieses Arzneymittels erfolgen gesehen. Sie soll nur in einer sehr grossen Verschleimung der Gedärme, woraus eine Unempfindlichkeit und fast gänzlicher Mangel der Reizbarkeit in denselben entsethet, verordnet werden. Sydenham und andere gaben in der Manie, der Wassersucht, Fallsucht und dem Asthma, entweder den frisch ausgepreßten Saft mit Zucker zu einer oder zwey Drachmen zwey- auch drey-mahl des Tages, oder sie kochten eine halbe Unze Wurzel in einem Pfunde Wasser, Wein, oder auch Bier, und ließen täglich drey- oder vier-mahl einen halben, auch ganzen Eßlöffel voll davon einnehmen. Die getrocknete Wurzel,



CACAO. Off.
Theobroma Cacao. Bot.
Der Cacao.

Radice bryoniæ decoctum externe ad fomentationes applicatum efferebatur sæpius, & adhibebatur a multis sine diffidente ac resolvente, in hydrope & fugillationibus. Frondes effectu quidem purgante a rusticis in acetariis nonnunquam comeduntur.

Tab. XXXV.

CACAO. *Officin.*

Theobroma Cacao. *Botanic.*

Cacava, cacao, cacavi, cacau, nuces caccenses. Gallis, Cacaoyer, Anglis, Cacaotree.

Classis XVIII. Polyadelphia, Ordo I. Pentandria.

Genus. Calyx triphyllus (secundum Murray pentaphyllus). Petala quinque, fornicata, bicornia. Nectarium pentaphyllum, regulare. Stamina nectario innata, singulo antheris quinque.

Species. Theobroma foliis integerimis.

Patria hujus arboris, Americæ pars meridionalis & insulæ Antillanæ.

Occurrit in officinis oleum e nucleis extractum, butyrum dictum.

Habent femina five nuclei figuram rotundo-oblongam, vestiuntur epidermide scabra, fragili, e nigro rubra, pulvere griseo argenteove conspersa. Medulla coloris grisei, pinguis, in variæ figuræ lo-

wenn sie mit Säuren oder Gewürzen vermengt wird, ist nicht so heftig in ihren Wirkungen, und kann mit weniger Gefahr angewendet werden.

Außerlich rühmte man das Dekokt der Zauberrübenwurzel zu Bähungen, und gebrauchte es wirklich als ein zertheilendes und auflösendes Mittel in der Wassersucht und bey Blutunterlaufungen. Die jungen Sprossen werden von den Bauersleuten als Salat gegessen, obschon auch diese eine purgirende Wirkung äussern.

Fünf und dreyßigste Tafel.

Der Cacao.

Die Cacaonüsse, Cacaubohnen. Franz. Cacaoyer. Engl. Cacaotree.

18. Klasse. Vielbrüdrige. 1. Ordnung. Fünfmännige.

Gattung. Der Kelch dreyblättrig (nach Murray fünfblättrig). Fünf gewölbte, zweyhörnige Blumenblätter. Das Honigbehältniß ist fünfblättrig und regelmässig. Die Staubgefäße sind dem Honigbehältnisse angewachsen, jedes mit fünf Staubbeutel.

Art. Cacaobaum mit vollkommen ganzen Blättern.

Das Vaterland dieses Baumes ist das mittägige Amerika und die Antillischen Inseln. In den Apotheken wird das aus den Körnern ausgesottene Oehl, welches man Cacaobutter nennet, aufbewahret.

Die Samen oder Körner haben eine länglichtrunde Form, und werden mit einer rauhen, zerbrechlichen, Oberhaut umgeben, die schwarzroth von Farbe, und mit einem grauen oder silberfarben Pulver bestreut ist.

bulos plures divisibilis, gaudet sapore grate amaro. Nuclei parvi, mucidi, intus albi, rejiciantur, ad usum pharmaceuticum inutiles. Enumerantur tres ratione bonitatis Cacao species: Caracensis, Berbicensis, & insulana, quarum prima optimæ, tertia ob saporem amariorem subausterum infimæ reperitur notæ.

Gaudet viribus nutrientibus & demulcentibus.

Habebatur quondam Cacao anodynum, & adhibebatur butyrum, vel solum vel unacum carnium juribus, ad demulcendam in viarum urinalium morbis, calculis vesicæ, raucedine & doloribus colicis, acrimoniam; sed hodie vix, nisi ad potum mexicanum, de quo in œconomice locuturus, internam obtinet applicationem.

Externe infricetur butyrum e Cacao paratum partibus dolentibus in doloribus colicis, obstructionibus & intestinorum spasms, ad imminuendos dolores. Vasa hæmorrhoidalialia turgentia, labia fissæ & mammarum papillæ læviter vulneratæ hoc medicamento sæpe etiam optimo cum effectu illinuntur. Etiam si eundem nobis alia olea mitiora præbeant fructum, butyrum tamen e Cacao longe præferendum, quia, quin rancidum evadat, diu fervari potest.

Das darunter liegende Mark hat eine dunkelgraue Farbe, einen angenehmen bitteren Geschmack, ist fett, und läßt sich in mehrere Stücke von unbestimmter Figur zertheilen. Die kleinen, schimmlichten und innwendig weissen Körner, werden zum medizinischen Gebrauch als unnütz verworfen. Man zählt drey Arten von Cacao in Rücksicht seiner Güte: den Karacensischen, Berbicensischen und jenen, welcher von den Inseln kommt. Die erste Art ist die beste, und die dritte, wegen ihrem herben und bitteren Geschmacke, die schlechteste.

Er besitzt ernährnde und schärfemildernde Eigenschaften.

Vorher hielt man den Cacao für ein schmerzstillendes Mittel, und verordnete die Butter davon entweder allein, oder mit Fleischbrühen, um bey Krankheiten der Urinwege, Kolikschmerzen, der Heiserkeit und im Blasensteine die Schärfe zu mildern; ist aber macht man keinen innerlichen Gebrauch mehr davon, ausser in so weit er den Hauptbestandtheil der Chocolate ausmacht, wovon bey der Abhandlung des ökonomischen Nutzens der Pflanzen gehandelt werden wird.

Außerlich gebraucht man die Cacaobutter zum Einreiben der schmerzhaften Theile, bey Kolikschmerzen, Verstopfungen und Krämpfen in den Gedärmen, um die Schmerzen zu mildern. Auch werden die angeschwollenen Soldadergesäße, die aufgesprungenen Lippen, und kleine Verwundungen an den Wärzchen der Brüste mit diesem Mittel nicht ohne Nutzen eingefalbet. Obschon auch andere milde Oehle uns eben diesen Nutzen verschaffen würden, so ist die Cacaobutter doch immer vorzuziehen, weil sie sehr lange, ohne ranzig zu werden, aufbehalten werden kann.



CALENDULA. Off.
Calendula officinalis. Bot.
Die Ringelblume.

Tab. XXXVI.

Sechs und dreyßigste Tafel.

CALENDULA. *Officin.*

Die Ringelblume.

Calendula officinalis. *Botanic.*

Caltha vulgaris. Gallis, Souci. Anglis, Marigold.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo IV. Polygamia necessaria.

Genus. Receptaculum nudum. Pappus nullus. Calyx polyphyllus, æqualis. Semina hermaphroditis centralia disci nulla: peripheriæ propria rarius solitaria, membranacea. Fœmineis solitaria, incurva.

Species. Calendula seminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus.

Crescit copiose in omnibus fere agris calidioris Europæ. Floret æstate.

Paratur in officinis e floribus unguentum.

Flores coloris lutei saporem habent acrem subamaricantem, & carent odore.

Nulla fere inest vis medica, nisi pauca aromatica.

Ordinabatur olim calendulæ infusum calidum pro potu assumtum ad prolicendum sudorem. Nostris vero temporibus calendulæ unguento tantummodo utimur emolliente, pinguedinis loco alterius.

Franz. Souci. Engl. Marigold.

19. Klasse. Mitbuhler. 4. Ordnung. Nothwendige Vielweiberey.

Gattung. Der Fruchtboden nackt. Haarkrone keine. Der Kelch vielblättrig, gleich. Die Zwitterblumen haben in der Mitte der Scheibe keine Saamen: sondern sie sind am Umkreise, seltener einzeln, häutig. In den weiblichen Blumen sind die Saamen einzeln und eingebogen.

Art. Ringelblume mit nachensförmigen, zackichten, eingekrümmten Saamen.

Sie wächst häufig fast auf allen Aeckern des wärmern Theils von Europa. Sie blühet im Sommer.

In den Apotheken bereitet man aus den Blüthen eine Salbe.

Die Blüthen haben eine gelbe Farbe, einen scharfen, etwas bitteren Geschmack, und keinen Geruch.

Sie sind etwas gewürzhast, und haben sonst wenig medizinische Kraft.

Ehedem bediente man sich des warmen Aufgusses der Ringelblumen als Trank, um einen Schweiß zu erwecken. Wir aber gebrauchen nichts als die Ringelblumensalbe, als ein erweichendes Mittel, anstatt eines andern Fetts.

Tab. XXXVII.

Sieben und dreyßigste Tafel.

CAMPHORA. *Officin.*

Der Kampher.

Laurus Camphora. *Botanic.*

Caphora, cafur. Gallis, Camphre. Anglis, Camphire.

Classis IX. Enneandria. Ordo. I. Monogynia.

Genus. Calyx nullus. Corolla calycina, sexpartita. Nectarium glandulis tribus, bifetis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa unisperma.

Species. Laurus foliis triplinerviis lanceolato-ovatis.

Patria hujus arboris Japonia, Java, Borneo, Sumatra & caput bonæ spei. Floret Majo & Junio.

In officinis servatur Camphora, & vini spiritus camphoratus ex illa paratur.

Frondes, lignum & radices hujus arboris in partes parvas confossa, coquantur in ahenis ferreis superadita aqua, teguntur alembico stramentis repleto, quibus principium hoc peculiare vegetabile in vapores solutum adhæret. Deportatur nomine camphoræ crudæ (Gallis, Camphre brute. Anglis, Kamfer brut, vel ruuve Kamfer) plerumque a Belgis ex natali loco in glebis parvis grisei coloris, & variis sordibus inquinatis, falsis instar impuri, ubi Amstelodami de novo per sublimationem ope calcis vivæ depuratur, & in panes, seu massas orbiculares in medio perforatas, ultra pollicem crassas redigitur. Redditur ab hoc præparationis modo camphora alba, levis, transparens, nitida, fra-

Kapher. Franz. Camphre. Engl. Camphire.

9. Klasse. Neunmännige. 1. Ordnung. Einweibige.


Gattung. Kelch keiner. Die Blumentrone kelchartig, sechsmahl getheilt. Das Honigbehältniß bestehet aus drey zweyborstigen Drüsen, die den Fruchtboden umgeben. Die innern Staubfäden tragen Drüsen. Die Steinfrucht ist einsamig.

Art. Lorber mit dreyfach nervichten, lanzettförmig-eyrunden Blättern.

Das Vaterland dieses Baumes ist Japan, Java, Borneo, Sumatra und das Vorgebirg der guten Hofnung. Er blüht im May und Junius.

In den Apotheken wird der Kampher aufbewahret, und der Kamphergeist davon zubereitet.

Die Bereitungsart des Kamphers ist folgende. Die Zweige, das Holz und die Wurzeln des Kampherlorbers werden klein zerschnitten, und in eisernen Kesseln mit Wasser abgekocht, die Kesseln aber werden mit einem Helme, der mit Stroh angefüllet ist, zugeschlossen, und in diesem sammelt sich das in Dämpfe aufgelöste vegetabilisch eigenthümliche Prinzipium. Dieser auf solche Art gewonnene rohe Kampher (Franz. Camphrebrute. Engl. Kamfer-brut, oder ruuve Kamfer) wird in Gestalt kleiner Stücke von grauer Farbe, die noch mit sehr vielen Unreinigkeiten vermengt sind, und beynabe wie unreines Salz aussehen, meistens von den Holländern aus seinem Geburtsorte ausgeführt, und nach Amsterdam gebracht, wo er wieder durch eine Sublima-



CAMPHORA. Off.
Laurus Camphora. Bot.
Der Kampher.

gilis, solida, ad attactum subpinguis, inter dentes subtenax. Refert fracturam splendescentem, granis crassis crystallinis denotatam, odorem peculiarem gravissimum balsamicum, rorimarino similem, saporem acrem aromaticum amaricantem, primum cum ustionis, postea vero refrigerationis insignis sensu. Innatat aquæ, & si libero exponeretur aëri, sensim sensimque penitus avolat; igni admota, quin cineres relinquat, fumo comburit copioso. In pulverem ob tenacitatem nullo redigi potest modo. Solvitur in spiritu vini rectificato, in oleis, acido vitriolico & nitroso, sed in aqua, quæ tamen odorem saporemque induit camphoratum, & in aceto aut spiritu salis hanc solvendi proprietatem recusat. Init tamen mediante mucilage aliqua, vel Gummi arabico aut vitello ovi, cum liquidis his ultimo nominatis commixtionem. Servetur camphora a pharmacopolis, ne dissipetur in auras, in vesicis inclusa, & tradatur vitris epistomio bene clausis. Extrahi etiam potest species aliqua camphoræ per plantarum aliarum coctionem, ut salviæ, majoranæ & rosmarini.

tion mit lebendigem Kalke gereiniget, und in Brode, oder runde eines Daumens dicke Massen, die in der Mitte ein Loch haben, gebracht wird. Von dieser zweyten Verfahrungsart bekommt der Kampher eine weiße Farbe und einen dichten Körper, er wird gering, durchscheinend, glänzend und zerbrechlich, süßt sich fettlicht an, und ist zähe, wenn man ihn kaut. Im Bruche ist er matt glänzend, und man bemerket gröbliche krystallinische Körner. Er hat einen eigenen sehr heftigen balsamischen Geruch, welcher dem Rosmaringeruche ähnlich ist, einen scharfen in etwas bitteren aromatischen Geschmack, und bringt beym Verkosten anfänglich ein brennendes, bald darauf aber ein merklich kühlendes Gefühl auf der Zunge hervor. Auf dem Wasser schwimmt er, und verflüchtiget sich nach und nach ganz, wann er der freyen Luft ausgesetzt wird; zündet man ein Stück an, so verbrennet es mit einem heftigen Rauche, ohne einer rückständigen Asche, zu Pulver aber kann man ihn, wegen seiner Zähheit, auf keine Art zerreiben. Im rektifizirten Weingeiste, in Oehlen, in der Saperter- und Weinsteinssäure läßt er sich auflösen; im Essig, Wasser und in dem Salzgeiste ist er ganz unauslöslich, jedoch nimmt das Wasser seinen Geruch und Geschmack an. Will man ihn doch mit diesen letztgenannten Flüssigkeiten vermischen, so muß er mit irgend einem Schleime, mit arabischem Gummi oder Eyerdotter abgerieben, und so zur Mischung tauglich gemacht werden. Damit der Kampher sich nicht verflüchtige, muß er in den Apotheken in Blasen eingemacht, und in gut mit Stöpfeln verschlossenen Gläsern, aufbewahret werden. Auch von andern Pflanzengattungen, z. B. von Majoran, Salbey, Rosmarin, kann man durch Kochen eine Art Kamphers gewinnen.

Gaudet viribus stimulantibus, antispasmodicis, diaphoreticis & narcoticis.

Camphoræ usus, in magna morborum turba frequentissimus, diu bonus expertus laudatusque fuit. In febribus nervosis, putridis, convulsionibus, rheumatismis, spontanea seminis jactura, mania, ad imminuendam post mercurii usum salivationem, ad depellendos vermes, multisque aliis in morbis, quos enumerare singulos non est locus, bono cum effectu ordinatur. Obstat vero *camphoræ* usui maxime plethora, diathesis inflammatoria & primariarum viarum saburra. Exhibetur sub *rasuræ* forma in pulvere cum saccharo bene detrita a grano unico ad sex usque & ultra pro dosi omni bihorio aut trihorio, conjungitur etiam sæpe cum moschi partibus æqualibus; in eadem proportione præscribitur in pilulari forma aliis cum medicamentis indicationi respondentibus. Adjiçiat emulsionibus & mixturis pro libræ unius quantitate a scrupulo ad drachmam, ita ut cochleatim ingeratur, & sic dosi prius nominata constituatur. Cum vero per se solvi non potest in aquosis, subigatur antea *camphora* vel mucilage Gummi arabici, tragacanthi, vel vitello ovi, aut amygdalis.

Externe, *camphora* rasa sacculis aromaticis siccis tradita, applicatur frequenter ad discutendas inflammationes cutaneas erysipelatodes, & depellendos

Er besitzt reizende, Krampfstillende, schweißtreibende und betäubende Kräfte.

Der Gebrauch des *Kampfers* ist in einer grossen Menge von Krankheiten sehr häufig versucht, und als ein gutes Mittel gerühmt worden. In Nervenfiebern, Faulfiebern, Zuckungen, Rheumatismen, im unwillkürlichen Saamenverluste, in der Raserey, im fortgesetzten Speichelflusse nach dem Gebrauche des Quecksilbers, in Wurmkrankheiten, und vielen andern Zufällen, welche einzeln anzuführen, hier der Ort nicht ist, wird er täglich verordnet. Die größten Gegenanzeigen aber beym Gebrauch des *Kampfers* sind Vollblütigkeit, inflammatorische Beschaffenheit und Unrath in den ersten Wegen. Wenn man den *Kampfer* in Pulver geben will, so muß er geschaben und gut mit Zucker abgerieben werden; die Dose ist von einem bis zu sechs Granen und darüber, in einem Zwischenraume von zwey oder drey Stunden. Nicht selten wird eine gleiche Menge *Bisam* mit dem *Kampfer* verbunden. Eben dieses Verhältniß findet statt, wenn man ihn in Pillenform obschon mit andern Arzneimitteln versezt, je nachdem es die jedesmahlige Anzeige erfordert, verordnet. Oft wird er auch den Mixturen und Emulsionen zugesetzt, wozu man auf ein Pfund Flüssigkeit eine Quantität von einem Skrupel bis zu einer Drachme hinzuthut, damit, wenn diese Zusammensetzung löffelweis eingenommen wird, die oben bestimmte Dose herauskomme. Da aber der *Kampfer* für sich allein in wässerigen Flüssigkeiten nicht aufgelöset werden kann, so muß er vorher mit einer arabischen Gummiolution, Tragantschleim oder mit Mandeln gut abgetrieben werden.

Neusserlich wird der geschabene *Kampfer* zu den trockenen Kräutersäckgen genommen, welche, um rosenartige Hautentzündungen zu zertheilen, und um unschmerz-

tumores indolentes, sed tunc tantum bono cum eventu, si vel phlogosis jam ex debilitate sit exorta, vel stimulus inflammationis veræ reperiatur imminuta, perstante autem vera inflammatione, camphora stimulo suo certe malum auget. Instituuntur quoque leves frictiones linteis camphora illinitis, vel lotiones spiritu vini camphorato ad corroborandas partes paralyticas, œdematosas & post luxationem debilitatas. In morbis cum virium vitalium prostratione conjunctis, ubi jam debilitas ad imum perveniebat, ac mors instare minabatur, omnibus remediis frustra applicatis, lotio spiritu vini camphorato adhibita morbi magnitudinem superavit. Quis demum ignoret camphoræ in gangrena, ossium carie inque malignis putridisve ulceribus virtutem? ubi vis ejus sic dicta antiseptica diu jam potens experta fuit. Inspargatur camphoræ rasura vel sola unacum saccharo remixta & in pulverem detrita ulceribus gangrenosis, vel admisceantur alia stimulantia fixiora, ne stimulantivi camphoræ volatilis tam cito cessaret. Crustæ vero, si adhærerent loco gangrenoso, ante camphoræ applicationem, emollientibus & leviter stimulantibus per supurationem sunt auferendæ.

haste œdematöse Geschwülste zu vertreiben, aufgelegt werden. Es läßt sich aber nur dann ein guter Erfolg versprechen, wenn entweder die Entzündung selbst schon von Schwäche herrühret, oder doch wenigstens der Entzündungsreiz merklich vermindert ist, denn bey noch fortwährender wahrer Entzündung, wird der Kampher durch seinen Reiz das Ubel gewiß noch vermehren. Um die nach Verrenkungen geschwächten oder gelähmten Theile wieder zu stärken, oder auch um wässerige Geschwülste zu heben, kann man auch gelindes Reiben mit Lächern, welche vorher mit Kampher bestrichen wurden, oder das Waschen mit Kamphergeist empfehlen. Oft hat in jenen Krankheiten, die mit einem wahren Verluste der Lebenskräfte verbunden sind, wo schon alle Hülfsmittel vergebens angewendet wurden, die Schwäche aufs Aeußerste kam, und der nahe Tod bevorstand, das einzige Waschen mit Kamphergeist die Heftigkeit der Krankheit gehoben. Wer sollte endlich die vortrefliche Wirkung des Kamphers im kalten Brande, Weinfraße und in bösertigen faulen Geschwüren nicht kennen? wo seine sogenannte säulnißwidrige Eigenschaft schon durch eine lange Reihe von Erfahrungen sich trefflich geäußert hat. Man kann entweder den Kampher allein klein geschaben mit Zucker vermischet und fein zu einem Pulver abgerieben in die brandigen Geschwüre einstreuen, oder, damit der flüchtige Reiz des Kamphers nicht so geschwinde aufhöre, andere anhaltendere Reizmittel hinzusetzen. Sollten sich aber an den brandichten Stellen harte Schurfe befinden, so müssen diese, noch vor dem Gebrauche des Kamphers mit erweichenden, gelinde reizenden Mitteln durch Eiterung wegzuschaffen gesucht werden.

Tab. XXXVIII.

CANELLA ALBA. *Officin.*Canella alba. *Botanic.*

Cinamomea, costus corticosus, Winterania canella. Gallis, Cannelle blanche. Anglis, Wild Cinnamon.

Classis XI. Dodecandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calix trilobus. Petala quinque. Antheræ sedecim, adnatæ nectario urceolato. Bacca trilocularis. Semina duo.

Species. Canella foliis oblongis, obtusis, nitidis. Racemis terminalibus. (In editione systematis decima tertia a Murray instituta) Winterania Cannela. Arbor baccifera, laurifolia, aromatica, fructu viridi calyculato racemoso.

Colit hæc arbor nonnullas Americæ insulas, præfertim Jamaicam & Carolinam.

Habemus in pharmacopoliis corticem arboris aromaticum nomine Cannelle albæ.

Deportatur ad nos & venditur a mercatoribus, cortex ille solidus & simul fragilis, in tubulorum forma convolutus, immixtis tamen pluribus frustulis planioribus crassioribusve. Color ejus externus ex albo flavus, vel pallide cinereus, rubellis que lineis transversis notatus, internus albicans. Refert ori degustanti saporem acrem aromaticum, quodammodo caryophyllis similem. Odor in cortice integro vix observatur, contusus vero vel decoctus gratum spargit odorem. Tubuli crassiores pal-

Acht und dreyßigste Tafel.

Weisser Zimmt.

Weisser Kanell, Magelanischer Zimmt. Franz. Cannelle blanche. Engl. Wild Cinnamon,

11. Klasse. Zwölfmännige. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch dreylappig. Blumenblätter fünf. Staubbeutel sechzehn, die mit dem kannenförmigen Honigbehältnisse verwachsen sind. Die Beere dreysächerig. Saamen zwey.

Art. Kanelle mit länglichten, stumpfen, glänzenden Blättern, und Endtrauben. (Nach der vom Murray veranstalteten dreizehnten Ausgabe des Pflanzensystems.) Winteranie Kanelle. Ein beerentragender, gewürzhafter, lorberblättriger Baum, mit einer grünen, gekelchten und traubichten Frucht.


Dieser Baum bewohnet einige Inseln von Amerika, besonders Jamaika und Carolina.

Die gewürzhafte Rinde des Baums kommt in den Apotheken unter dem Nahmen, weisser Zimmt, vor.

Sie ist dicht, aber doch zerbrechlich, und wird in Gestalt zusammengerollter Röhren, die zwar mit mehreren flächern und dickern Stücken untermischt sind, zu uns gebracht und verkauft. Die äussere Farbe der Rinde ist weißgelb, oder blaß aschenfarb, mit mehreren röthlichten Querlinien bezeichnet, die innere aber weiß. Beym Verkosten zeigt sie einen scharfen gewürzhaften Geschmack, welcher den Gewürznelken sehr nahe kommt. Die ganze Rinde hat fast gar keinen Geruch, wird sie aber zerstoßen, oder gekochet, so rüchet sie sehr angenehm. Der Güte nach soll man die dickern



CANELLA ALBA. Off.
Canella alba. Bot.
Weisser Zimmt.



CAPILLUS VENERIS. off.
Adiantum Capillus Veneris. bot.
Das Frauenhaar.

minusve fuscum, mox ex rubro nigrum agnoscunt colorem, quod vero certe a colore ligni, unde succus defumebatur, pendere videtur. Linguae degustanti non adhærent, sed diffluunt fere in integrum, & relinquunt saporem primum adstringentem subdulcem, postea vero amaricantem. Si cochleari candenti tradantur, comburuntur, quin magnum relinquerent residuum. Patiuntur fere solutionem perfectam in vino, spiritu vini & aceto, optimam vero in spiritu nitri dulci, maxima etiam ex parte in aqua calida, sed hæc solutio aquosa refrigerata abit in coagulum mucilaginosum. Distinguantur præcipue duæ succi Catechu species. Succus adulteratus, argillacea quadam terra puniceæ coloris inquinatus, nec in spiritu vini, nec in aceto solubilis, odore empyreumatico præditus, & si igni admoveatur indurescens. Succus recentior bene siccatus, in ore plane liquescens, e rubro nigrescens, ab omnibus fordibus ac odore empyreumatico privatus. Rejiciatur prima, eligatur & altera.

Gaudet viribus adstringentibus & corroborantibus.

Adhibeatur interne succus Catechu in diarrhoeis, dysenteriis & ventriculi debilitate, nec non in profluviis cruentis, si vasorum debilitas morbi causam habet. Dosis non anxie querenda, nullo enim minatur usus etiam major periculo. Ordinatur frequenter in substantia, ut dicunt, a scrupulo dimidio ad drachmam integram, & in mixturis solutus ad unciam dimidiæ quantitatem. Tinctura,

weniger rothbraune, oder röthlicht schwarze Farbe, und dieser Unterschied der Farben scheint sicher von der Verschiedenheit des Holzes, welches zur Vereitung des Saftes verwendet wurde, herzukommen. Wenn man diese Stücke mit der Zunge verkostet, so kleben sie nicht an, sondern zerfließen fast ganz, und lassen einen anfangs zusammenziehenden, süßlichen, bald darauf aber bitteren Geschmack zurück. Gibt man ein Stück auf einen glühenden Löffel, so verbrennet es beynah ganz, ohne daß es einen grossen Rückstand zurücklasse. Man kann sie im Weine, Weingeiste und Essige ziemlich vollkommen, am besten aber in süßem Vitriolgeiste auflösen. Auch im warmen Wasser wird ihr größter Theil aufgelöst, wenn die Auflösung aber erkaltet, so gerinnet sie, und macht eine schleimige Gallerte. Man hat vorzüglich zwey Arten des Katechusaftes zu unterscheiden. Der schon veraltete, welcher mit einer rothbraunen Thonerde vermengt, weder im Weingeiste noch im Essige auflöblich ist, einen branzigen Geruch hat, und wenn man ihn in das Feuer giebt, verhärtet. Der noch frischere, gut angetrocknete, schwärzlich braune und von allen Unreinigkeiten wohl gereinigte Saft, welcher im Munde zerfließt, und keinen branzigen Geruch hat. Der letzte allein mit Ausschluß des erstern ist zum Arzneygebrauch dienlich.

Er besizet zusammenziehende und stärkende Heilkräfte.

Innerlich pflegt man den Katechusaft in Durchfällen, Nuhren, und Magenschwäche anzuwenden, auch bey Blutflüssen, wenn Schwäche der Gefäße zum Grunde liegt, leistet er oft gute Dienste. Man darf nicht ängstlich in Rücksicht der Dose besorgt seyn, denn auch bey einer etwas grösseren Gabe ist keine üble Folge zu besürchten. Meistentheils wird er, wie man zu sagen pflegt, in Substanz von einem halben Strupel bis zu einer ganzen

quæ majorem a spiritu vini agnoscit stimulandi vim exhibeatur a scrupulo ad drachmam dimidiam.

Externus succi solutionis usus ad illinendas gingivas laxas, vel ad pilulas masticatorias in scopum roborantem.

Drachme gegeben; wird er in Mixturen aufgelistet verordnet, so pflegt man ihn zu einer halben Unze hinzu zu setzen. Die Tinktur aber, die wegen dem Weingeiste mehr reiset, giebt man von einem Strupel bis zu einer halben Drachme.

Außerlich kann man die Solution von diesem Saft zum Bestreichen des schlappen Zahnfleisches, um selbes zu stärken, anwenden, oder man läßt Pillen zum Zerkauen mit eben demselben Endzwecke verfertigen.

Tab. L.

Fünzigste Tafel.

CENTAURIUM MINUS. *Officin.*

Das Tausendguldenkraut.

Gentiana Centaurium, Botanic.

Centaureum minus, Chironium, Febrifuga, Fel terræ, Limnesium, Limnæum, Gallis, petite Centaurée, Fiel de terre, Centoire. Anglis, Little Centory, Centaury.

Das Fieberkraut, rother Urin, die Erbgasse, das Vieberkraut. Franz. Petite Centaurée, Fiel de terre, Centoire. Engl. Little Centory, Centaury.

Classis V. Pentandria. Ordo II. Digenia.

5. Klasse. Fünfmännige. 2. Ordnung. Zweyweibige.

Genus. Corolla monopetala. Capsula bivalvis, unilocularis. Receptacula duo, singula valvulæ longitudinaliter adnata.

Gattung. Die Blumenkrone einblättrig. Die Saamentapsel zweyklappig, einfächerig, mit zwey Fruchtblöden, welche der Länge nach an einer jeden Klappe einzeln angewachsen sind.

Species. *Gentiana corollis quinquefidis, infundibuliformibus, caule dichotomo, pifillo simplici.*


Art. Enzian mit fünfspaltigen, trichterförmigen Blumenkronen, zweytheiligem Stengel, und einfachem Stempel.

Reperitur fere ubique in Austriæ ac totius Europæ sylvis, pratis & locis siccioribus, præsertim ad maris litora. Floret ætate.

Man findet diese Pflanze fast überall in Oesterreich und ganz Europa, in den Wäldern, auf Wiesen und etwas trockenen Orten, besonders aber an den Ufern des Meeres. Sie blühet im Sommer.

Habemus in re medica Summitates floridas, & extractum ex illis paratum.

Wir gebrauchen in der Arzneykunst die Enden der Zweige mit ihren Blüthen, und das daraus verfertigte Extract.



CENTAURIUM MINUS. Off.
Gentiana Centaurium. Bot.
Das Tausendguldenkraut.

Folia hujus plantæ sessilia agnoscunt figuram ovato-lanceolatam, integerrimam, & denotantur nervis tribus, colore læte viridi ac glabritie quadam. Carent omni propemodum odore, sed inficiunt linguam degustantem amaritie notabili. Summitates frondium plerumque jam flosculis grate purpureis ornatae colliguntur & habentur in pharmacopoliis; sed certe illæ, quæ nondum effloruerunt, ob amaritiam majorem, tantummodo foliis inhærentem; longe essent præferendæ.

Celebratur a vi sua stimulante, roborante & resolvente.

Ordinatur fere quotidie decoctum, quod ex uncia dimidia vel integra Stipitum Centaurii minoris aut herbæ solius & libra una aquæ paratur, in ventriculi debilitate, febribus intermittentibus, arthritide aliisque in morbis ab obstructione pendentibus bono cum eventu. Extractum, quod in nostris prostat officinis, est succus frondium in aqua coctarum inspissatus, & usurpatur iisdem in morbis a drachmis duabus ad unciam dimidiam. Secundum Neumannii observationes offert stipitum uncia unica drachmas quinque & scrupulum unum extracti aquosi, vinosi tantummodo drachmas tres cum scrupulis duobus. Fit quoque ex Stipitum uncia & vini libra una infundendo potus medicatus in ventriculi inertia febribusque intermittentibus proficius.

Externe laudatur idem decoctum ad depellendas varias eruptiones cutaneas, & ad necandos pediculos lineæque cu-

Die Blätter dieser Pflanze sitzen ohne Stielen auf den Zweigen auf, haben eine eiförmige Gestalt, sind am Rande nicht eingekerbt, etwas klebrig, angenehm grün, und mit drey Rippen versehen. Sie haben beynahgar keinen Geruch, zeigen aber beyhm Verkosten eine merkliche Bitterkeit. Gewöhnlich pflegt man die Enden der Zweige erst dann zu sammeln, wenn sie schon mit ihren angenehmen purpurrothen Blümchen gezieret sind, und so werden sie auch in den Apotheken verwahret; aber jene, welche noch nicht geblühet haben, wären sicher vorzuziehen, weil sie viel bitterer sind, und diese Bitterkeit ihren Sitz in den Blättern allein hat.

Man rühmt das Tausendguldenkraut wegen ihrer reizenden, stärkenden und auflösenden Arzneykraft.

Fast alltäglich wird ein Absud, welcher von einer halben oder auch ganzen Unze der Zweige, oder Blätter allein, und einem Pfunde Wasser gemacht wird, in Magenschwäche, in intermittirenden Fiebern, der Gliedersucht und andern Krankheiten, die von Verstopfung herühren, mit gutem Erfolge verordnet. Das Extrakt, welches wir in unsern Apotheken haben, und der verdickte Saft der in Wasser abgekochten Zweige ist, wird in eben diesen Krankheiten von zwey Drachmen bis zu einer halben Unze gegeben. Die Versuche des Herrn Neumann zeigen, daß man von einer einzigen Unze dieser Zweige fünf Quentchen und einen Skrupel wässeriges Extrakt, geistiges aber nur drey Quentchen und zwey Skrupeln erhalte. Wenn man eine Unze von diesem Kraut mit einem Pfunde Wein aufgießt, so bekommt man einen Arzneytrank, welcher jenen, die an Unverdaulichkeit oder dem kalten Fieber leiden, sehr gut zu statten kommt.

Außerlich gebraucht lobt man dieses Dekokt zur Vertreibung verschiedener Hautauschläge, der Läuse und des Erbgrindes. Auch hat man

rationem. Etiam ulcera immunda applicato hoc remedio evaderunt benigna.

Derweise, daß unreine Geschwüre von dem Gebrauch dieses Mittels in gutartige umgeändert worden sind.

Tab. LI.

CERASA NIGRA. *Officin.*

Prunus Cerasus, Botanic.

Ein und fünfzigste Tafel.

Schwarzer Kirschbaum.

Gallis, Griotier, Cerisier, Anglis, Cherry - tree.

Classis XII. Icosandria, Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx quinquefidus, inferus. Petala quinque. Drupæ nux futuris prominulis.

Species. *Prunus umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis, glabris, conduplicatis.*

Occurrit hæc arbor in sylvis, vineis, apricis asperis, dumetis Austriæ & maximæ Europæ partis. Floret a fine Aprilis ad Majum.

Adhibetur in re medica aqua ex cerasis nigris in officinis parata.

Agnoscent hujus arboris fructus pedunculis longis instructi figuram modo cordiformem, modo globosam vel rotundoblongam, colorem ex albo rubrum, aut transgressis omnibus varietatibus intermediis, atro purpureum. Sapor carnis succo plus minusve rubro abundantis de arboris varietate mox austerus, acidus, mox dulcis. Odor nullus. Drupa in illorum medio latens & nucem albam membrana brunea circumdatam includens refert colorem e rubello flavescen-

Gemeiner Kirschbaum, die Herzkirschen. Franz. Griotier, Cerisier. Engl. Cherry tree.

12. Klasse. Zwanzigmannige. 1. Ordnung. Einweibige.


Gattung. Der Kelch fünfspaltig, unten. Blumenblätter fünf. Die Nuß der Steinfrucht ist mit hervorstehenden Näthen versehen.

Art. Pflaumenbaum mit fast gestielten Schirmen, und eyrund-lanzetförmigen, fettglättlichten, zusammengelegten Blättern.

Man findet diesen Baum in den Wäldern, Weinbergen, auf Viehweiden und andern ungebauten an der Sonne gelegenen Gegenden von Oesterreich und dem größten Theileuropens. Er blühet gegen das Ende des Aprilmonathes bis im May.

In der Arzneykunst wird das aus den schwarzen Kirschen von den Apothekern bereitete Wasser gebraucht.

Die Frucht des Kirschbaums, welche mit einem sehr langen Stiele versehen ist, hat bald eine herzförmige, bald eine kugelförmige oder länglichtrunde Gestalt. Ihre Farbe geht von dem lichteften Roth bis in das dunkle schwarz Purpurrothe, indem die verschiedenen Abarten alle zwischen diesen beyden Endepunkten gelegenen Mittelfarben durchgehen. Der Geschmack ihres Fleisches, welches voll von einem bald mehr, bald weniger rothen Saft ist, ist nach Verschiedenheit der Baumart entweder herb, sauer oder süß. Geruch aber



CERASA NIGRA. Off.
Prunus Cerasus. Bot.
Die schwarze Kirsche!



CEREFOLIUM. Off. *Scandix Cerefolium*. Bot.
Das Kerbelkraut.

tem, figuram globosam, compressam, acuminatam & marginibus eminentibus denotatam. Nucis sapor vel amarus vel subdulcis.

Fructus recentes occupant vim refrigerantem, diluentem & stim fallentem, exsiccati solventem. Aqua cerarum nigrorum credebatur nervina & antispasmodica.

Promovet usus major cera si fructuum dulcium tam recentium quam exsiccatorum quodammodo alvum, & commendatur in obstructionibus chronicis, febribusque inflammatoriis, sed, & recentes præsertim, facile efflant ventrem; cera vero austera servant alvum stipitam & pollent vi adstringente. Aqua cerarum raro e ceras in pharmaciis paratur, sed substituuntur plerumque amygdalæ amaræ & folia perlici, vis vero medica nec in una nec in altera potentior, adhibeatur tantummodo in locum aquæ communis aut destillatæ ad emulsiones vel medicamentorum compositiones, quas gratiores reddit, quin fructus alius præcipuus expectari possit.

haben sie keinen. Die Steinfrucht, welche sich in ihrer Mitte befindet, und einen weissen mit einem braunen Häutgen umgebenen Kern einschließt, hat eine röthlicht bläsiggelbe Farbe, eine zusammengedrückt kugelförmige, mit einer Spitze und hervorragenden Rändern versehene Figur. Der Geschmack des Kernes ist bey einzigen bitter, bey andern süßlich.

Die frische Frucht besitzet kühlende, verdünnende, und den Durst stillende, die getrockneten aber auflösende Eigenschaften. Das von schwarzen Kirschen abgezogene Wasser hielt man vor dem für nervenstärkend und krampfstillend.

Ein etwas häufigerer Genuß der süßsen Kirschen, sie mögen noch frisch oder schon getrocknet seyn, befördert den Stuhlgang, und man empfiehlt sie in länge anhaltenden Verstopfungen, und bey Entzündungsfiebern, aber, besonders die frischen, treiben sehr leicht durch Blähungen den Bauch auf. Die Sauerkirschen (Weichseln) besitzet eine zusammenziehende Eigenschaft, und halten den Leib erschlossen. Das sogenannte Kirschwasser wird in den Apotheken nicht immer aus Kirschen verfertigt, sondern meistentheils müssen bittere Mandeln und Pfirsichblätter ihre Stelle versehen; doch ist die Heilkraft weder in dem einen noch in dem andern Mittel von größerer Bedeutung, man gebraucht es nur anstatt des gemeinen oder destillirten Wassers zu Emulsionen und andern Mixturen, um sie dadurch angenehmer zu machen, ohne daß man einen besondern Nutzen davon erwarten könne.

Tab. LII.

CEREFOLIUM. *Officin.*

Scandix Cerefolium. *Botanic.*

Chærefolium, Cherefolium, Cherophyllum.
Gallis Cerfeuil. Anglis, Chervil,

Zwey und fünfzigste Tafel.

Das Kerbelkraut.

Der Gartenerbel, gemeiner Kerbel, Krbel, Krbel.
Franz. Cerfeuil. Engl. Chervil.

Classis V. Pentandria. Ordo II. Diginia.

Genus. Corolla radiata. Fructus subulatus. Petala emarginata. Flosculi disci sæpe masculi.

Species. Scandix feminibus nitidis, ovato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus.

Reperitur copiosissime in agris & dumetis, ad sylvarum margines Austriæ & reliquæ partis Europæ calidioris. Floret Majo & Junio.

Pharmacopolæ asservant a quam foliorum stillatitiam in usum medicum.

Habent folia triplicato-pinnata, glabra texturam tenerrimam, figuram obtuse lobatam, colorem pallide viridem, odorem non ingratum, fragrantem, peculiarem, aniso nonnihil similem; & saporem grate aromaticum, subdulcem. Folia sicca prunis tradita detonant instar nitri, & succus recenter ex illis pressus multas, si aëri frigidiusculo exponatur, partes deponit nitrosas in crystallinorum forma.

Gaudet vi pauca stimulante aromatica & resolvente.

Herba in lactis sero decocta vel succus recenter pressus trahitur tempore vernali a multis in usum. Commendant & alii medici hunc succum ad uncias duas porrectum ut diureticum in hydropo, vel ut resolvens in obstructionibus chronicis, sed plurimis hinc in casibus inefficacem sese ostendit. Jura in quibus Cerefolium decoquebatur, laudantur ad promovendum lochiorum fluxum. Aqua destillata, odore, & maxima ex parte etiam sapore plantæ imbuta, or-

5. Klasse. Fünfmännige. 2. Ordnung. Zweyweibige.

Gattung. Die Blumenkrone strahllich. Die Frucht pfriemenförmig, die Blumenblätter ausgerändert. Die Blümchen der Scheibe sind öfters männlich.

Art. Körbel mit glänzenden, eyrund pfriemenförmigen Saamen, und aufstehenden Seitenschirmen.

Man findet ihn sehr häufig auf Aekern, Brachländern, an den Gränzen der Wälder in Oesterreich und dem übrigen wärmeren Theile von Europa. Er blühet im May und Junius.

In den Apotheken wird von den Blättern ein Wasser abgezogen, und zum Urzneygebrauch aufbewahret.

Diese Blätter sind dreyfach gesiedert, fettglattlicht, haben eine abgestumpfte lappige Gestalt, ein sehr zartes Gewebe, eine blaßgrüne Farbe, einen nicht unangenehmen starken, ganz eigenen Geruch, der in etwas dem Anis ähnlich ist, und einen angenehm gewürzhaften, süßlichen Geschmack. Wirft man die getrockneten Blätter auf glühende Kohlen, so verpuffen sie wie Salpeter, und der aus ihnen frisch gepresste Saft, wenn er an einen kühlen Ort gestellt wird, setzt salpeterartige Salzkry stallen an.

Seine Urzneykräfte sind gelinde reizend, gewürzhaft und auflösend.

Das frische Kraut in Molkem abgekocht, und der ausgepresste Saft werden von vielen als Frühlingsskur genommen. Andere Aerzte empfehlen diesen Saft zu zwey Unzen gegeben als ein harntreibendes Mittel in der Wasserfucht, und als ein auflösendes Mittel in langwierigen Verstopfungen; in den meisten Fällen aber ist es zu wenig wirksam. Die Fleischbrühen, worinn Körbelkraut abgekocht wurde, rühmt man besonders um die Kindbettereinigung zu befördern. Das abgezogene Körbelwasser, welches den Geruch und größtentheils auch den



CHAMÆDRYS. Off.
Teucrium Chamædryas Bot.
Gamanderlein.

Adnatur ad unciam unam aut duas ut
læve stimulans ad propellendas urinas.

Geschmack des Kerbelkrauts annimmt, wird
als ein wenig reizendes Mittel zur Beförde-
rung des Harns zu zwey Unzen verordnet.

Tab. LIII.

Drey und fünfzigste Tafel.

CAMAEDRYS. *Officin.*

Der Gamander.

Teucrium Chamædris. *Botanic.*

Quercula minor, Serratula, Gallis, Ger-
mandrée, Chenette, petit Che-
ne, Anglis, Germander.

Der Batengel, das Gamanderlein, Gamanderle,
der edle Gamander. Franz. Germandrée,
Chenette, petit Cheue. Engl. Ger-
mander.

Classis XIV. Didynamia. Ordo I.
Gymnospermia.

14. Klasse. Zweymächtige. I. Ordnung.
Nachtsaamige.

Genus. Corollæ labium superius (nul-
lum) ultra basin bipartitum, divaricatum
ubi stamina.

Gattung. Die Oberlippe der Blumenkrone (kei-
ne) bis über die Grundfläche zweymal ge-
theilt, und ausgesperrt, wo die Staubge-
fäße sind.

Species. Teucrium foliis cuneifor-
me-ovatis, incisis, crenatis, petiolatis,
floribus ternis, caulibus procumbentibus,
subpilosis.

Art. Gamander mit keilförmig = eyrunden,
eingeschnittenen, gekerbten, und gestielten
Blättern, zu dreyen stehenden Blumen, und
darniederliegenden fast haarigen Stengeln.

Reperitur in locis elevatis, montosis, apricis
asperis, ad vias & sepes Austriæ,
Helvetiæ & reliquæ Europæ partis me-
ridionalis. Floret Julio & Augusto ra-
dice perenni.

Er wächst auf erhabenen, gebirgigen, rauhen,
an der Sonne gelegenen Orten, an Wegen
und Zäunen in Oesterreich, der Schweiz,
und dem übrigen mittägigen Theile von Euro-
pa. Er blühet im Julius und August, und
ist ausdauernd.

Herba recipitur in arte medica.

In der Arzneykunst wird das Kraut ge-
braucht.

Planta mox descripta, quæ vel dimidii
vel integri acquirit pedis altitudinem,
habet folia petiolis brevissimis instructa,
ad imam partem integra; ad supremam
incisa, crenata, scabra, profunde viri-
dia, nitida. Spargit odorem subaroma-
ticum admodum gratum, qui vero,
herba siccata, penitus evanescit, & affi-
cit linguam sapore amaro subadstringenti.

Gegenwärtige Pflanze wird nur einen halben oder
höchstens einen ganzen Schuh hoch, und ihre
Blätter, welche sehr kurze Stiele haben, sind
an ihrem untern Ende ganz, an ihrem obern
aber eingeschnitten und eingekerbt. Sie sind
rauch anzufühlen und dunkelgrün von Farbe.
Ihr Geruch ist etwas würzhaft und sehr an-
genehm, werden sie aber getrocknet, so ver-
mischt man diesen Geruch ganz. Ihr Geschmack
ist bitter, etwas zusammenziehend.

Inest huic plantæ vis quadam stimulans, plerumque in cutem agens, quæ diaphoretica nominatur.

Adhibeatur herbæ infusum in arthritide vaga, rheumatismo, catarrhali affectione, morbillis aliisque in morbis, ubi falus a sudore sperari potest. Herbæ manipulus semis sufficit ad libræ unius aquæ quantitatem virtute sudorifera imbuendam, & a nonnullis herba ipsa siccata, ac in pulverem redacta ad drachmæ dimidiæ dosin ordinatur pari, ut affirmant, ratione fructuque.

Die Heilkräfte dieses Gewächses sind reizend, und werden, weil sie besonders auf die Haut wirken, schweißeregend genannt.

Den Aufguß dieser Pflanze gebraucht man bey wandelnden Gliederschmerzen, bey Rheumatismen, Chatarrhalbeschwerden, im Fleckfieber und mehr anderen Krankheiten, in welchen wir vom Schweiß einen guten Erfolg erwarten können. Gewöhnlich nimmt man auf ein Pfund Wasser eine halbe Handvoll von dem Gamanderkraut, und es ist hinlänglich, um den Aufguß mit seiner schweißbefördernden Arznekraft gehörig zu versehen. Viele geben anstatt des Aufgusses, selbst das getrocknete Kraut, nachdem es zuvor zu einem Pulver zerstoßen worden ist, zu einer halben Drachme, und behaupten, daß der Erfolg der nehmliche sey.

Tab. LIV.

CHAMOMILLA ROMANA. *Officin.*

Anthemis nobilis. Botanic.

Chamæmelum, Chamæmelum nobile, Gallis, Camomille grande, Anglis, Roman Camomil.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo II. Polygamia superflua.

Genus. Receptaculum paleaceum. Pappus nullus. Calyx hemisphericus, subæqualis. Flosculi radii plures quam quinque.

Species. Anthemis solis pinnatocompositis, linearibus, acutis, subvillosis.

Amat loca elevata, aprica Europæ partis meridionalis ac calidioris; apud nos cultura in hortis educatur. Floret Julio & Augusto radice perenni.

Vier und fünfzigste Tafel.

Die Römische Kamille.


Die edle Kamille, Gartenkamille, große Kamille, der Gartengamander. Franz. Camomille grande. Engl. Roman Camomil.

19. Klasse. Mitbübler. 2. Ordnung. Ueberflüssige Vielweiberey.

Gattung. Der Fruchtboden spreuförmig. Haarkrone keine. Der Kelch halbkugelförmig, fast gleich. Blümchen des Strahls mehr als fünf.

Art. Kamille mit gefiedert = zusammengesetzten, linienförmigen, spizigen, fast weichhaarigen Blättern.

Sie liebt erhabene an der Sonne gelegene Plätze, ist in dem wärmeren mittägigen Theile von Europa zu Hause, wird aber bey uns in Gärten gezogen. Ihre Blüthezeit ist in den Monaten Julius und August, und sie gehört unter die ausdauernden Gewächse.



CHAMOMILLA ROMANA. Off.
Anthemis nobilis. Bot.
Römische Kamille.

In usum medicum recipiuntur flores, qui a pharmacopolis fervantur.

Constant e corolla composita, radiata, quæ calyce communi coloris ex albo viridis ad marginem argentei circumdantur; petala vero radii ter dentata, ligulata album, & flosculi disci tubulosi flavum referunt colorem. Tenent odorem fortem, fragrantem, aromaticum non ingratum, & saporem molestum, amarum, qui ab oleo flavo essentiali aromatico, quod per distillationem extrahi potest, pendere videntur. Neumannus discum præsertim aromate abundantem detexit, & majorem ex illis quam e floribus ipsis obtinuit olei quantitatem. Distinguitur Chamomilla Romana a Chamomilla vulgari facillime per disci cuius generi propriam figuram, quæ in prima fere plana, in altera vero conica observatur. Flores pleni, id est multiplices, qui & sæpe leguntur, maxima ex parte vi carent aromatica, & seponantur in officinis.

Laudatur eorum vis simulans volatilis, quæ antispasmodica nominatur.

Infusum florum Chamomillæ Romanæ calidum potus instar theati assumptum ordinatur sæpissime in hysterica affectione, menstruorum a spasmis suppressione, in arthritide, dysenteria, aliisque in morbis a debilitate profectis; imo multi in corticis peruviani locum hoc remedium substituisse & febres intermittentes fugasse affirmant. Addatur quo-

In der Arzeneykunst gebraucht man die Blüthen, die deswegen von den Apothekern aufbewahret werden.

Sie bestehen aus einer zusammengesetzten strahlichten Blumenkrone, welche mit einem gemeinschaftlichen Kelche, der blaßgrün ist, und silberfarbige Ränder hat, umgeben wird. Die Blumenblätter selbst aber, die die Strahlen bilden, sind weiß, dreyimal gezähnt, spatelförmig, und die der Blumenscheibe röhrenförmig und gelb. Sie besitzen einen starken, durchdringenden, würzhaften, nicht unangenehmen Geruch, und einen bitteren, widerstehen Geschmack. Beydes, sowohl Geruch als Geschmack, scheint von dem würzhaften gelben Dehle, welches diese Blüthen bey der Destillation geben, herzurühren. Neumann entdeckte, daß die Blumenscheiben mehr würzhafte Theile enthalten, und bekam von ihnen wirklich mehr Dehl, als von den Blüthen selbst. Um die Römische Kamille von der gemeinen zu unterscheiden, darf man nur auf die Gestalt der Blumenscheibe, die einer jeden Gattung als eigen zukömmt, sehen; bey der ersten ist die Blumenscheibe beynah flach, bey der zweyten aber kegelförmig. Die gefüllten Blumen, welche man auch öfters auf Feldern antrifft, sind größtentheils des würzhaften Stoffes beraubt, und müssen in der Apotheke als unnütz ausgelesen werden.

Man rühmt sie wegen ihrer flüchtigen, reihenden, sogenannten krampffstillenden Arzeneykraft.

Der heiße Aufguß der Kamillenblüthen wird sehr oft wider Mutterzufälle, wider die von Krämpfen unterdrückte weibliche Reinigung, in der Gliedersucht, dem Durchfalle und andern von schwächenden Ursachen entstandenen Krankheiten als gewöhnliches Theegetränk verordnet; viele wollen behaupten, daß sie dieses Mittel anstatt der Peruvianischen Chinarinde in Wechselfiebern gebraucht, und

que idem infusum aliis medicamentorum stimulantium compositionibus ad augendam remedii vim, cum & alias tantummodo aqua uteremur communi. Dosis florum ad aquæ fervidæ libram unam pugillus unicus.

Lintea hoc infuso madefacta, adhibeantur externe ad fomentationes stimulantibus, & infusum ipsum ad enemata, ut ajunt carminativa vel antispastica. E floribus siccis solis aut cum camphora remixtis parantur sacculi aromatici sicci, qui vel tumoribus œdematosi vel plagis erysipelate infectis applicantur sine discutiente. Videatur & sequens Chamomillæ vulgaris descriptio, cum & illa & altera viribus nec differunt medicis nec applicatione, nisi quod Romana superet quodammodo gradu reactionis majori vulgarem.

daß sie damit die Krankheit glücklich gehoben hätten. Bey andern reizenden Arzeneezusammensetzungen, wo gewöhnlich nur gemeines Wasser genommen zu werden pfeget, kann dieser Aufguß, indem er die Heilkräfte der Arznei erhöht, an die Stelle des gemeinen Wassers gesetzt werden. Auf ein Pfund siedendes Wasser wird meistens ein Quentchen (fünf Finger voll) von den Blüten zur Bereitung dieses Aufgusses genommen.

Außerlich bedienet man sich der in diesem Aufgusse eingetauchten Leintücher zu reizenden Bähungen, des Aufgusses selbst aber zu sogenannten blähungtreibenden oder krampffüllenden Klystiren. Aus den getrockneten Blüten allein, oder auch mit etwas Kampher vermischt, macht man trockene Kräutersäckchen, die sowohl zur Zertheilung der Wassergeschwülste als auch der rothlaufartigen Entzündungsstellen verwendet werden. Man sehe noch die nachfolgende Beschreibung der gemeinen Kamille, indem beyde sowohl in ihrer Arzeneykraft, als auch in ihrer Verwendung ganz übereinkommen, nur daß die Römische Kamille etwas stärkere Wirkungen äussert.

Tab. LV.

Fünf und fünfzigste Tafel.

CHAMOMILLA VULGARIS. *Officin.*

Die gemeine Kamille.

Matricaria Chamomilla. *Botanis.*

Gallis, Camomille. Anglis, Camomil.

Die Feldkamille, das Hermelchen, die Romeyblumen. Franz. Camomille. Engl. Camomil.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo II. Polygamia superflua.

19. Klasse. Mitbuhler. 2. Ordnung. Ueberflüssige Vielweiberey.

Genus. Receptaculum nudum. Pappus nullus. Calyx hæmisphericus, imbricatus: marginalibus solidis, acutiusculis.

Gattung. Der Fruchtboden nackt. Haarkrone keine. Der Kelch halbkugelförmig, dachziegelförmig übereinander gelegt, mit dichten etwas zugespitzten Randschuppen.



CHAMOMILLA VULGARIS. aff.
Matricaria Chamomilla. Bot.
Gemeine Kamille.

Species. *Matricaria receptaculis conicis, radijs patentibus, squamis calycinis margine æqualibus.*

Crescit per totam fere Europam sponte in agris, pratis, ruderatis, ad vias & pagos. Floret Majo, Junio & Julio.

In re medica adhibentur flores ipsi, oleum destillatum coctumque, aqua & syrupus.

Constituuntur flores a corolla composita radiata, quæ calyce communi hæmispherico, cujus squamas marginibus & bruno viridescensibus ornatas reperimus, circumdatur. Flosculi radii patentibus album, & flosculi disci tubulosi flavum agnoscunt colorem. Referunt figuram fere conicam magis magisque allurgentem, odorem aromaticum fragrantem non ingratum, ac saporem amarum nauseosum. Accipimus per destillationem oleum quoddam volatile aromaticum cærulei coloris parca quantitate, quod, si diutius asservaretur, colorem amitteret suum, turbulentumque evaderet; oleum vero in officinis profans non modo paratur antedictio sed digerendo, ita, ut oleum olivarum affundatur floribus, de quibus antea flosculi radii albi fuerunt ablati, & balneo immitatur maris per plures horas. Oleum hac ratione obtentum luteum præfert colorem odoremque Chamomillæ proprium. Magna in collectionem Chamomillæ florum adhibenda est attentio, quia & aliæ plantarum species haud parvam a primo intuitu cum illis remonstrant similitudinem. Inter consuetissima pertinent. *Chrysanthemum Leucanthemum, Anthemis arvensis, An-*

Art. Mutterkraut mit kegelförmigen Fruchtböden, abstehenden Strahlen, und am Rande gleichen Kelchschuppen.

Es wächst fast in ganz Europa auf Aefern, Wiesen, ungebauten Orten, an Wegen und bey Dörfern wild, und blühet in den Monaten May, Junius und Julius.

In der Arzneykunst werden sowohl die Blüthen für sich allein, als auch das davon bereite Dehl, Wasser und der Syrup gebraucht.

Die Blüthen bestehen aus einer zusammengesetzten strahllichten Blumenkrone, die mit einem halbkugelförmigen gemeinschaftlichen Kelche, dessen Schuppen mit bräunlich grünen Rändern gezieret sind, umgeben ist. Die Blümchen, welche die Strahlenkrone bilden, sind weiß und offenstehend, und jene, welche auf der Blumenscheibe aufsitzen, sind gelb und röhrenförmig. Die ganze Blume hat eine fast kegelförmige, sich mehr und mehr erhebende Gestalt, einen durchdringenden, wüßhaften, nicht unangenehmen Geruch, und einen bittern eckelhaften Geschmack. Durch die Destillation gewinnet man von ihneyeiniges flüchtiges aromatisches Dehl von blauer Farbe, das aber, wenn es durch eine längere Zeit aufbehalten wird, seine Farbe verliert, und trübe wird. Jenes Dehl, welches man in den Apotheken aufbehält, wird nicht durch das Destilliren, sondern durch Digeriren erhalten; und zwar auf folgende Art: auf die Blüthen wird Baumöhl gegossen, und man läßt es alsdann durch mehrere Stunden im Marienbade stehen, bevor aber das Dehl aufgegossen wird, müssen die Blumen von ihren weißen Strahlenblümchen wohl gereiniget werden. Dieses auf solche Art gewonnene Dehl hat eine goldgelbe Farbe und jenen den Blüthen eigenthümlichen Geruch. Bey dem Einsammeln der Kamilleblumen muß man sehr behutsam zu Werke gehn, weil es mehrere andere Gewächsorten

themis Cotula & Matricaria suaveolens Linnæi. Distinguitur species prima notabili florum magnitudine & odoris absentia, altera odore debiliori minus grato & paleis in disco setaceis, tertia odore forti nauseoso & paleis antedictis, ac ultima radiis reflexis.

Inest virtus medica, ut in præcedenti, vires vitales erigens, antispasmodica & carminativa.

Infusum Chamomillæ florum numeratur ustatissima inter remedia domestica, & adhibetur fere quotidie a sceminis in hysterica affectione, mensruorum suppressione & in abdominis ventriculive doloribus; sed utuntur & medici hoc remedio aliis in morbis pluribus stimulo indigentibus magno cum ægotantium levamine. Febres intermittentes, dysenterias, arthritidem & magnam hujus generis morborum cohortem, etsi non perfecte sanata, saltem in multum imminuta fuisse testatur, & nihil promptiorem certioremq; producit vomitoriorum effectum, quam unum alterumve vasculum hujus infusi desuperhaustum. Dosis ad aquæ libram florum pugillus unicus. Exhibeantur quoque nonnunquam flores in pulverem redacti optimo cum eventu a drachma dimidia ad duas usque cum cortice peruviano, & aqua destillata addatur mixturis sic dictis antispasticis in omni casu, ubi vel alia indicantur stimulantia. Olei destillati usus internus rarus, necha-

gibt, die eine nicht geringe Nuhnlichkeit mit ihnen haben. Unter die gewöhnlichsten gehöret die gemeine Wucherblume, die Ackerkamille, die Krötenblume, und das wohlriechende Mutterkraut des Linné. Man kann die erste Art aber sehr leicht an ihren grösseren Blumen und dem Mangel des Geruches, die zweyte an ihrem schwächeren minder angenehmen Geruche und an ihren borstenartigen Spreuen auf der Blumenscheibe, die dritte an ihrem starken widrigen Geruche und eben jenen Spreuen, und die letzte Art an ihren zurückgebogenen Strahlen erkennen.

Ihre Arzneykraft ist, wie bey der vorigen Gattung, nervenstärkend, Krampfstillend und blähungentreibend.

Der Aufguss der Kamillenblüthen ist eines der gewöhnlichsten Hausmittel, und die Frauen bedienen sich desselben fast alltäglich bey Mutterzuständen, bey unterdrückter monatlicher Reinigung, in Magenschmerzen und Bauchgrimmen. Aber nicht diese allein, sondern auch die Aerzte gebrauchen dieses Mittel in mehreren anderen Krankheiten, wo man die Lebenskräfte aufzurichten hat, mit grossem Nutzen der Kranken. Wechselfieber, Nuhren, Sicht und eine grosse Menge ähnlicher Krankheiten sind nach dem Zeugnisse der Aerzte durch diese Arzney, wo nicht gänzlich gehoben, doch wenigstens wo vieles vermindert worden, und nichts verschaffet eine so sichere und baldige Wirkung der Brechmittel, als wenn man eine oder zwey Schalen voll von diesem Aufgusse darauf trinket. Ein Quentchen von den Blüthen ist auf ein Pfund Wasser die gewöhnliche Menge zur Bereitung des Aufgusses. Auch die getrockneten und zu Pulver zerstoßenen Blumen werden bisweilen mit dem Pulver der Chimarinde von einer halben bis zu zwey ganzen Drachmen mit dem besten Erfolge gegeben. Eben so verwendet man das abgezogene Ka-



CHEILDONIUM MAJUS. Off.
Cheilidonium majus. Bot.
Großes Schellkraut

betur obique, sed guttulæ nonnullæ cum saccharo remixtæ sistunt eleosaccharum, quod remedio nulli vi cedit carminativa & antispasmodica.

U^sus externus interiori fere frequentior. Inservit nobis infusum saturatum ad fomentationes discutientes & ad enemata antispasmodica; ex floribus siccis vel solis vel cum camphoræ rasura remixtis conficiuntur sacculi aromatici, qui tumoribus erysipelate infectis aut membris a rheumate vexatis cum fructu applicantur, & oleum coctione, id est digestionem, paratum, abdominique doloribus colicis cruciatio illinitum, levamen sæpe præstitit hand exiguum. Cæterum tota Chamomillæ vulgaris & vis & applicatio respondet illis, quæ jam de Chamomillæ Romanæ adduximus usu, ita, ut una alterius in locum, quin differentia interlit conspicua, substitui possit.

mischen Blüthenwasser als Zusatz zu sogenannten krampfstillenden Mixturen in allen jenen Fällen, wo überhaupt reizende Arzneymittel angezeigt werden. Das destillierte Dehl wird innerlich selten gebraucht, es ist auch nicht überall zu haben; etnige Tropfen mit Zucker vermischet geben einen Dehlzucker, der in Rücksicht seiner krampfstillenden und blähungtreibenden Eigenschaft keinem anderen Arzneymittel etwas nachgibt.

Beynahe noch häufiger als ihr innerlicher Gebrauch ist ihr äußerlicher. Den gesättigten Aufguß beinigen wir zu zertheilenden Bähungen und krampfstillenden Ristiren, aus den getrockneten Blüthen entweder für sich allein, oder mit geschabenem Kampfer vermischet, bereiten wie Kräuterküssen, welche, wenn sie auf rosenartige Geschwülste oder auf mit rheumatischen Schmerzen geplagte Glieder aufgelegt werden, sehr gute Dienste leisten, und das durch Kochen oder Digeriren verfertigte Dehl dienet zum Einreiben der Bauchgegend in Kolikschmerzen nicht ohne grosser Erleichterung der Kranken. Uebrigens kommt sowohl die Wirkung als auch die Anwendungsart der gemeinen Kamille genau mit dem überein, was wir schon von der Römischen Kamille gesagt haben, so zwar, daß die eine Art an die Stelle der andern gesetzt werden kann, ohne daß ein auffallender Unterschied bemerkt werden könne.

Tab. LVI.

CHELIDONIUM MAJUS. *Officin.*

Chelidonium majus. *Botanic.*

Hirundinaria, Chelidonia. Gallis, Chelidoine, Eclair. Anglis, Great

Sechs und fünfzigste Tafel.

Das grosse Schöllkraut.

Großes Schöllkraut, Schwalbenkraut, die Schwalbenwurz, Schöllwurz, Goldwurz.

Celidon, Celondine, Celandine, Swallow-wort.

Classis XIII. Polyandria. Ordo I. Monogynia.

Genus. Calyx diphyllus. Corolla tetrapetala: Pericarpium filiquosum uni-vel biloculare, lineare.

Species. Chelidonium pedunculis umbellatis.

Reperitur copiosissime ubique locorum in omni Europæ parte ad fepes, sylvarum margines & alibi. Floret ineunte vere ad autumnum usque. Radix perennis.

Pars plantæ medicinalis est herba, unde & extractum a pharmacopolis paratur.

Tota planta pervenit ad unius vel duorum pedum magnitudinem, & folia, quæ aut mox e radice exsurgunt, aut caulibus insident subvillosis, alternatim pinnatam & inæqualiter crenatam cum foliolo impari servant figuram; folia vero terminalia, radicalia dicta, longe majora similia sese quodammodo quercuum foliis ostendunt. Utriusque structura tenuis & mollis; color ex flavo dilute viridis; sapor amarus & acris; odor ingratus gravis. Recens planta succo crocei coloris foetidissimo, acris & amaro reperitur repleta, qui majorem in radicibus quam in cæteris plantæ partibus refert acrimoniam, & in herba siccata mitior evadit quam in recenti fuerat.

Frang. Chelidoine, Eclair. Engl. Great Celidon, Celondine, Celandine, Swallow-wort.

13. Klasse. Vielmäntge. 1. Ordnung. Einweibige.

Gattung. Der Kelch zweyblättrig. Die Blumenkrone vierblättrig. Das schottenartige Saamenbehältniß ist ein- oder zweyfächerig, liniensförmig.

Art. Schöllkraut mit geschirmten Fruchtstielen.

Man findet diese Pflanze sehr häufig beynabe überall in ganz Europa, an Zäunen, an den Grenzen der Wälder und an mehr andern Orten. Sie blühet schon zu Anfange des Frühlings bis in den Herbst, und hat eine ausdaurende Wurzel.

Zum Arzeneugebrauch wird das Kraut verwendet, von welchem auch in der Apotheke ein Extrakt zubereitet wird.

Die ganze Pflanze gelanget zu einer Höhe von einem oder auch zwey Schuhen. Ihre Blätter, welche entweder gleich unmittelbar aus der Wurzel hervorsprossen, oder dann auf den haarigen Stengeln aufsitzen, sind wechselweis gefiedert mit einem einzelnen Endblättchen, und an ihren Rändern ungleich eingekerbt; die untersten Blätter aber, oder die sogenannten Wurzelblätter, sind viel größer, und haben mit den Blättern der Eiche etnigermassen eine Aehnlichkeit. Die Struktur ist bey beyden zart und weich. Sie besitzen eine blaßgelblicht grüne Farbe, einen bitteren, scharfen Geschmack, und einen unangenehmen starken Geruch. Wenn die Pflanze noch frisch ist, so stroset sie in allen ihren Theilen von einem saffrangelben Saft, der sehr übel riecht und einen scharfen bitteren Geschmack hat. In der Wurzel ist er viel schärfer als in den andern Theilen der Pflanze, und beym Trocknen wird er viel milder, als er in dem noch frischen Gewächse war.



CHINA NODOSA off. *Smilax China*. Bot. Die Chinawurzel.

Gaudet vi stimulante, resolvente simul ac purgante & diuretica.

Herbæ decoctum laudatur in viscerum obstructionibus, hydropse, ictero & aliis in morbis, qui ab obstructionibus ducunt originem. Dosis ad aquæ libram uncia herbæ dimidia vel drachmæ sex. Extractum in mixturis solutum ordinatur iisdem in morbis ad drachmam unam.

Applicetur succus plantæ recentis externe ad delendas corneæ oculi maculas, sed, ne ab indole ejus acri oculus accipiat læsionem, succus aqua dilui, & magna cum provisione debet adhiberi. Multi a repetita inunctione, hoc succo instituta, verrucas viderunt esse desinitas.

Es äuffert reizende, auflösende, und den Stuhlgang und Harn befördernde Arzneypkräfte.

Der Absud des Krauts wird bey Verstopfungen der Eingeweide, in der Wassersucht, der Gelbsucht, und in mehreren anderen Krankheiten, die Verstopfungen zum Grunde haben, gerühmt. Auf ein Pfund Wasser pflegt man gewöhnlich eine halbe Unze oder sechs Drachmen von dem Kraut zu nehmen. Das Extrakt wird in eben diesen Krankheiten zu einem Quentchen, in Mixturen aufgelöst, verordnet.

Den Saft der frischen Pflanze kann man zur Vertreibung der Flecken in der Hornhaut des Auges gebrauchen, aber man muß dabey sehr behutsam zu Werke gehen, und den Saft zuvor mit Wasser verdünnen, damit er durch seine Schärfe in dem Auge keinen Schaden anrichte. Viele behaupten auch, daß die Wurzeln, wenn sie öfters mit diesem Saft eingerieben werden, vertrieben würden.

Tab. LVII.

CHINA NODOSA. *Officin.*

Smilax China. *Botanic.*

Smilax aspera Chinenfis, Gallis, Esquino, Anglis, China root.

Classis XXII. Dioecia. Ordo VI. Hexandria.

Genus. Masculus. Calyx hexaphyllus. Corolla nulla.

Fœmina. Calyx hexaphyllus. Corolla nulla. Styli tres, Bacca trilocularis. Semina duo.

Species. Smilax caule aculeato, teretiusculo; foliis inermibus, ovato-cordatis, quinquenerviis.

Colit Chinæ, Japoniæ ac Persiæ regiones, & affirmante Brownio insulam Americanam Jamaica, Frutex,

Sieben und fünfzigste Tafel.

Die Chinawurzel.

Die Pockenwurzel. Franz. Esquine. Engl. China root.

22. Klasse. Ganzgetrennte. 6. Ordnung. Sechsmännige.

Gattung. Männliche. Blume Der Kelch sechsmahl getheilt. Blumenkrone keine.

Weibliche Blume. Der Kelch sechsmahl getheilt. Blumenkrone keine. Griffel drey. Die Beere dreyfächerig. Saamen zwey.

Art. Stachelwinde mit stachelichtem, länglicht-rundem Stengel, und wehrlosen, eyrundherzförmigen, fünfrippichten Blättern.

Dieser Strauch ist in China, Japan und Persien zu Hause, und nach Brown wächst er auch auf der Insel Jamaica in Amerika.

Radix fervatur ad usum medicum in officinis.

Magnam inter radicem recentem & siccatam invenimus tum odore tum sapore differentiam. Radix enim recens, quæ terram via perfodit transversa, pluresque fibras nodosas lineam petentes horizontalem emittit, notabilem refert crassitiem, texturam lignosam plurimis nodis distinctam, colorem extus profunde rubrum, intus rubellum, odorem paucum ingrate aromaticum & saporem amarum, linguam propria quadam acrimonia irritantem. Radix vero sicca, prout a mercatoribus ex Jamaica præsertim in nostras affertur regiones, consistat e frustulis quatuor digitos longis, quæ figuram agnoscunt ovato-oblongam, paullum complanatam, structuram tensam digito prementi non cedentem, & ponderis sensum majorem. Color idem ac in recenti, sed absentia omnis odoris saporisque magnam denotat prægressam mutationem. Quantum vero a radice recenti in re medica sperari liceat, nondum exploratum habemus, cum amarities & acrimonia ejus propria ac insignis necdum chemicis subicerentur observationibus, & experimenta nulla, radice recenti in morbis instituta, rem hucusque elucidarent. Frustra ponderosiora, tensa & a vermibus non erosa eligantur ad usum medicinale, præsertim vero radix Jamaicensis censetur optima. Continet paucam mucii & pauciorum longe resinæ quantitatem, unde & vim medicam exiguam esse patet.

In den Apotheken verwahret man die Wurzel zum Arzeneugebrauch.

Zwischen der frischen und der getrockneten Wurzel findet ein nahmhafter Unterschied sowohl in Rücksicht des Geruchs als des Geschmacks statt. Die frische Wurzel, welche die Erde in schiefer Richtung durchbohrt, und mehrere knotichte Wurzelfasern, die horizontal fortlaufen, von sich gibt, hat eine beträchtliche Dicke, einen holzigen mit mehreren knotichten Auswüchsen versehenen Bau, von aussen eine dunkel rothe, von innen eine röthliche Farbe, einen schwachen unangenehm würzhaften Geruch und einen bitteren Geschmack, der die Zunge mit einer ganz eigenen Schärfe reizet. Die getrocknete Wurzel aber, wie selbe von den Kaufleuten besonders aus der Insel Jamaica zu uns überbracht wird, besteht aus Stücken, die die Länge einer Querhand haben, länglichte eyrund, etwas zusammengebrückt, schwer und so fest sind, daß sie auf keine Weise dem Druck der Finger nachgeben. Die Farbe ist die nehmliche, wie bey der frischen, aber der Geruch und Geschmack fehlet gänzlich, und beweiset, daß sie schon eine grosse Veränderung erlitten habe. Wieviel sich aber von der frischen Wurzel in der Arzeneukunst erwarten lasse, ist noch nicht ausgemacht, weil weder ihre Bitterkeit und grosse eigenthümliche Schärfe chemisch untersucht, noch in Krankheiten Versuche mit ihr angestellt worden sind, die die Sache in ein helleres Licht gesetzt hätten. Die schwereren, festen und von Würmern noch nicht angefressenen Stücke soll man zum Arzeneugebrauch auslesen, und überhaupt hält man jene für die beste, die auf Jamaica wächst. Ihre wirksamen Bestandtheile bestehen in etwas Schleim und sehr wenig harzigen Theilen, und man kann leicht einsehen, daß sich von diesem Mittel keine grossen Heilkräfte erwarten lassen.



CICHOIREUM Off.
Cichorium Intybus Bot.
Die Wegwarte.

Laudatur a vi in cutem agente vel sudores promovente.

Innotuit anno 1525. sub Imperatore Carolo V. qui, ab arthritide vexatus, hoc utebatur remedio. Ab hoc tempore in rheumatismo, arthritide & lue venerea China nodosa sæpius adhibita mox sibi vel laudes mox vel ignominias comparavit, & hodierno tempore oblivioni merito tradi videtur. Dosis in decocto ad aquæ libram uncia semis, in substantia drachma dimidia vel integra.

Man rühmt sie als eine besonders auf die Haut wirkende oder schweißtreibende Arznei.

Sie wurde im Jahre 1525. unter der Regierung Kaiser Karls V. bekannt, welcher sich ihrer in seiner Gliedersucht bediente. Von dieser Zeit an wurde die China wurzel in Rheumatismen, der Gicht, und der Lustsücht öfters gebraucht, wo sie sich bald Lob bald Tadel erwarb. Hent zu Tage scheint dieses Mittel, und zwar mit allem Rechte, in Vergessenheit zu kommen. Auf ein Pfund Wasser zu einem Absud nimmt man eine halbe Unze, und in Substanz gibt man sie zu einer halben oder auch ganzen Drachme.

Tab. LVIII.

CICHCREUM. *Officin.*

Cichoreum Intybus. *Botanic.*

Acht und fünfzigste Tafel

Der Wegwart.

Cichoreum sylvestre, Solsequium. Gallis, Cichorée sauvage. Anglis, Cichory, Succory.

Wilde Hindläuft, der Zichorie, Wegelungen-Hundsläufte, wilder Wegwart, Wegweis. Franz. Cichorée sauvage. Engl. Cichory, Succory.

Classis XIX. Syngenesia. Ordo I. Polygamia æqualis.

19. Klasse. Mitbuhler. 1. Ordnung. Gleiche Vielweiberey.

Genus. Receptaculum subpaleaceum. Calyx calyculatus. Pappus subquinquedentatus, obsolete pilosus.

Gattung. Der Fruchtboden fast spreuförmig. Der Kelch gekelchet. Die Haarkrone fast fünf-mahl gezähnt, ganz geringhaarig.

Species. Cichorium floribus genuinis sessilibus, foliis runcinatis.

Art. Wegwart mit doppelten aufstehenden Blumen, und schrofigeförmigen Blättern.

Reperitur in omni Europæ parte ad vias, in pratis, pascuis, collibus. Floret æstate radice perenni.

Man findet ihn in ganz Europa an Wegen, auf Wiesen, Weiden und Hügeln. Er blühet im Sommer, und ist ausdauernd.

Radix & herba occurrunt in pharmaciis, e quibus & extractum paratur.

In der Apotheke hält man die Wurzel und das Kraut, aus welchen auch ein Extracte verfertigt wird.

Radix recens, pluribus ramis lateralibus instructa, refert digiti crassitiem, longitudinem haud exiguam & structuram lignosam succo lactescente amarissimo

Die frische Wurzel, welche mit mehreren Seitenästen versehen ist, hat die Dicke eines Fingers und eine nicht unbedeutliche Länge. Ihre Substanz ist holzig, und stroket von

turgentem, colorem extus subfuscum, intus album, saporemque subdulce amarum. Caulis inde assurgens acquirit trium quatuorve pedum altitudinem, & instructus est foliis duplici modo formati. Folia infima inveniuntur longe majora, multisque mox profundioribus mox lævioribus incisus prædita; folia vero in caulis superiore parte longe minora & paucioribus incisus distincta. Ad usum medicum eligatur Cichoreum sponte crescens, & colligatur tempore vernali, antequam lignolum & succi expers evadat; cultura vero educatum, quamvis saporem consecutum fuisset gratiorem, relinquatur culinis, negligaturque ob vim destitutam a pharmacopolis.


Gaudet vi stimulante & resolvente.

Laudatur Cichorei usus in ictero, viscerum indurationibus, melancholia, asthma & aliis obstructionibus chronicis. Ad decocta sic dicta sanguinem purificantia jam a longo abutebatur tempore, quia a magna decoctorum assumptorum quantitate sanguis renovari posse credebatur; a nimio vero usu movetur alvus quodammodo. Unciæ herbæ vel radicis unica, aut una cum dimidia sufficit ad conficiendam decocti libram unam. Extractum porrigatur ad unciam dimidiam in liquidi libra solutum, & hauriatur mixturæ in modum. Infantibus neonatis ordinetur unum alterumve cochleare Syrupi Cichorei cum rheo ad evacuandum meconium. A Cichorei in re culinaria applicatione & potus Arabici imitatione alio dicturus sum loco.

einem mildlichten sehr bitteren Saft. Von aussen hat sie eine bräunlichte, von innen aber eine weisse Farbe, und einen Anfangs süßlichten hernach aber bitteren Geschmack. Sie treibt einen drey oder vier Schuh hohen Stengel, der mit auf zweyerley Art geformten Blättern bewachsen ist. Die untersten Blätter sind viel grösser, und mit vielen bald grössern bald kleinern Einschnitten versehen; die am obern Theile des Stengels sind viel kleiner, und haben wenigere Einschnitte. Der wildwachsende Wegwart allein soll in der Arzneykunst verwendet werden. Man sammle ihn im Frühlinge, bevor er weder holzig noch saftleer werde. Der durch Kunst in den Gärten gezogene, obschon er einen weit bessern Geschmack hat, gehört bloss für die Küche, und kann, weil er seine Arzneykraft verloren hat, in der Apotheke keinen Nutzen schaffen.

Er besitzet reizende und auflösende Heilkräfte.

